Saint Jean de Lalande, pray for us!




http://lalandelibrary.org

If you appreciate this book, please consider making a tax-deductible donation to Corpus Christi Watershed, a 501(c)3 Catholic Artist Institute.

For more information, please visit:

http://ccwatershed.org

CORPUS CHRISTI WATERSHED



2. Benedícite Angeli **Dómini Dómino** : * benedícite **caéli Dómino.**

3. Benedícite áquae ómnes quae super **caélos** sunt **Dómino** : * benedícite ómnes virtútes **Dómini Dómino.**

4. Benedícite sol et **lúna Dómino** : * benedícite ómnes spíritus **Déi Dómino.**

5. Benedícite ómnis ímber **et** ros **Dómino** : * benedícite ómnes spíritus **Déi Dómino.**

6. Benedícite ignis et **aéstus Dómino** : * benedícite frígus et **aéstus Dómino.**

7. Benedícite róres et pruína **Dómino** : * benedícite gélu et **frígus Dómino.**

8. Benedícite glácies et **níves Dómino** : * benedícite nóctes et **díes Dómino.**

9. Benedícite lux et **ténebrae Dómino** : * benedícite fúlgura et **núbes Dómino.**

10. Benedícat **térra Dóminum** : * láudet et superexáltet **éum** in **saécula.**

11. Benedícite móntes et **cólles Dómino** : * benedícite univérsa germinántia in **térra Dómino.**

12. Benedícite **fóntes Dómino** : * benedícite mária et **flúmina Dómino.**

13. Benedícite céte et ómnia quae movéntur in **áquis Dómino** : * benedícite ómnes vólucres **caéli Dómino.**

14. Benedícite ómnes béstiae et **pécora Dómino** : * benedícite fílii **hóminum Dómino.**

15. Benedícat **Israel Dóminum** : * láudet et superexáltet **éum** in **saécula.**

16. Benedícite sacerdótes **Dómini Dómino** : * benedícite sérvi **Dómini Dómino.**

17. Benedícite spíritus et ánimae **justórum Dómino** : * benedícite sáncti et húmiles **córde Dómino.**

18. Benedícite Ananía, Azaría, **Mísael Dómino** : * laudáte et superexaltáte éum in **saécula.**

19. Benedicámus Pátrem et Fílium cum **Sáncto Spíritu** : * laudémus et superexaltémus éum in **saécula.**

20. Benedíctus es Dómine in **firmaménto caéli** : * et laudábilis et gloriósus et superexal**tátus** in **saécula.**

*Et immediate repetitur :*




*Deinde ante Altare dicit Sacerdos :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas : † concéde propítius ; ut a quibus tibi ministrántibus in caelo semper assístitur, * ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

http://ccwatershed.org

# PROPRIUM SANCTORUM.

*Quae hic non inveniuntur propria sumenda sunt de Communi pro qualitate Sanctorum.*

*In omnibus Festis Domini, Beatae Mariae Virginis, Angelorum, Sancti Joannis Baptistae, Sancti Joseph, Apostolorum, Evangelistarum, necnon in omnibus Duplicibus I. et II. classis, non autem per Octavas communes vel simplices, Psalmi semper sumendi sunt ex Dominica ad Laudes, Horas (ad Primam tamen ut in Festis) et Completorium. Ad Vesperas vero dicuntur ut in Communi, nisi speciales Psalmi sint assignati.*

## FESTA NOVEMBRIS.

## 29. S. Saturnini Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui concédis natalítio pérfrui : * ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia saécula.

## 30. SANCTI ANDREAE APOSTOLI.

*Duplex II. Classis.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 1046, *praeter sequentia :*

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 7. c. 144. — 2. Confitébor. 8. G. 150. — 3. Beátus vir. 8. G. 156 — 4. Laudáte púeri. 8. G. 161. — 5. Laudáte Dóminum. 7. a. 175.

℣. In ómnem térram exívit sónus eórum.
℟. Et in fines órbis térrae vérba eórum




*Cant.* Magnificat. 1. f. 199, *vel* 205. — *Oratio.* Majestátem tuam. 1048.

http://ccwatershed.org



AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 2. (*ré-fa*)



Mí-hi autem * ni- mis ho-no-rá- ti sunt



amí- ci tú- i, Dé- us : nimis confor-tá-tus est



prin- ci- pá- tus e- ó- rum. *Ps.* Dómi- ne pro-



básti me, et co-gno-ví- sti me : * tu co-gno-ví-sti sessi- ó-



nem mé- am, et re-surrecti- ó- nem mé- am. Gló-



ri- a Pátri. E u o u a e.

*Graduale.* Constítues éos. *ut in festo SS. Petri et Pauli.*

(M.M. ♪ = 160.)

1. (*ré-la*)



Al-le- lú- ia. * *ij.*





℣. Di- lé- xit André- am





Dó- mi- nus in o- dó-





rem * su- a- vi-



tá- tis.



(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 3. (*mi-do*)



Mí- hi * au- tem ni- mis



ho- no- rá- ti sunt a-mí- ci



tú- i, Dé- us :



ni- mis con- fortá- tus est



prin- ci- pá- tus e-



ó- rum.

http://ccwatershed.org



(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 8. (*sol-do*)

Ve-ní-te post me : * fá- ci- am vos pisca-tó-

res hómi- num : at íl- li, re-lí-ctis ré- ti-

bus et ná- vi, se-cú-ti sunt Dómi- num.

IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Díxit Dóminus. 7. c. 144. — 2. Laudáte púeri. 8. G. 161. — 3. Crédidi. 8. G. 172. — 4. In converténdo. 8. G. 180. — 5. Dómine probásti me. 7. a. 192.

1. Ant. 7. c (*sol-ré*)

Sálve Crux pre- ti- ó- sa, * sús- ci- pe di-scí- pu-

lum é-jus qui pe-péndit in te, ma-gíster mé- us Chrí-stus.

E u o u a e.

2. Ant. 8. G (*sol-do*)

Be- á- tus André- as * o-rá- bat dí-cens : Dó- mi-

ne, Rex ae-térnae gló- ri- ae, súsci-pe me pendéntem

in pa-tí-bu-lo. E u o u a e.

3. Ant. 8. G (*sol-do*)

André- as Chrí- sti fá-mu-lus, * dígnus Dé- i



A-pósto-lus, germá-nus Pé- tri, et in passi- ó-ne só-ci-

us. E u o u a e.

4. Ant. 8. G (*sol-do*)

Ma-ximíl- la Chrísto amá- bi- lis, * tú- lit córpus

A-pósto- li : óptimo ló- co cum a-romá-ti-bus se-pe- lí-

vit. E u o u a e.

5. Ant. 7. a (*sol-ré*)

Qui persequebántur jú-stum, * demersí-sti é- os Dómi-

ne in infér-no : et in lí- gno crú- cis dux jú- sti fu- í-

sti. E u o u a e.

Capitulum. *Rom. 10. b.*

FRatres : Corde enim créditur ad justítiam : † ore autem confessio fit ad salútem. * Dicit enim Scriptúra : Omnis qui credit in illum, non confundétur.

*Hymnus.* Exsúltet órbis. 808, *vel* 809.

℣. Annuntiavérunt ópera Déi. ℟. Et fácta éjus intellexérunt.

Ad Magnif. Ant. 1. D (*ré-la*)

Cum perve- nís- set * be- á- tus André-

as ad ló-cum u-bi crux pa- rá- ta é- rat, ex-cla-

http://ccwatershed.org






*Cant.* Magníficat. 1. D. 199, *vel* 205.

### Oratio.

MAjestátem tuam, Dómine, supplíciter exorámus : * ut, sicut Ecclésiae tuae beátus Andréas Apóstolus éxstitit praedicátor et rector; ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum nostrum.

## FESTA DECEMBRIS.

### 2. S. Bibianae Virginis et Martyris. *Semid.*

### Oratio.

DEus ómnium largítor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore martýrii palmam conjunxísti : † mentes nostras ejus intercessióne tibi caritáte conjúnge; * ut, amótis perículis, praémia consequámur aetérna. Per Dóminum nostrum.

### 3. S. Francisci Xaverii Confessoris. *Dupl. maj.*

### Oratio.

DEus, qui Indiárum gentes beáti Francísci praedicatióne et miráculis Ecclésiae tuae aggregáre voluísti : † concéde propítius; ut cujus gloriósa mérita venerámur, * virtútum quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.



Ad Missam.




*Graduale.* Jústus ut pálma. 891. — Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir qui súffert. 892.

*Offertorium.* Véritas méa. 893. — *Communio.* Beátus sérvus. 893.

### 4. S. Petri Chrysologi Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Dupl.*

*In I. et II. Vesperis. Ant.* O Dóctor ... beáte Pétre Chrysólogе. 879.

### Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium divínitus praemonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclésiam tuam éligi voluísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

*Missa.* In médio. *de Doctoribus*, 881, *praeter sequentia :*
*Graduale.* Ecce sacérdos. 874. — Allelúia, allelúia. ℣. Tu es sacérdos. 874.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 7. (*sol-ré*)




*Eadem die.* S. Barbarae Virginis et Martyris.

**Oratio.**

DEus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : * concéde propítius; ut qui beátae Bárbarae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

## 5. Commemoratio S. Sabbae Abbatis.

**Oratio.**

INtercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Sabbae Abbátis comméndet : * ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

http://ccwatershed.org



## 6. S. Nicolai Episcopi, Confessoris. *Duplex.*

**Oratio.**

DEus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis : † tríbue, quaésumus; ut ejus méritis et précibus * a gehénnae incéndiis liberémur. Per Dóminum.

**Ad Missam.**

*Introitus.* Státuit. *de Confessore Pontifice*, 873.
*Graduale.* Invéni. 821. — Allelúia, allelúia. ℣. Justus ut pálma. 897.
*Offertorium.* Véritas méa. 893. — *Communio.* Semel jurávi. 823.

## 7. S. Ambrosii Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis. Ant.* O Doctor óptime ... beáte Ambrósi. 879.

**Oratio.**

DEus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Ambrósium minístrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

**Ad Missam.**

*Introitus.* In médio. 881.
*Graduale.* Ecce sacérdos magnus. 874. — Allelúia, allelúia. ℣. Jurávit. 878.
*Offertorium.* Véritas méa. 893. — *Communio.* Semel jurávi. 823.

DIE 8. DECEMBRIS.

# IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. M. V.

*Duplex I. classis cum Octava communi.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 1055, *praeter :*

Ad Magnif. Ant. 8. G (*sol-do*)




*Cant.* Magníficat. 8. G. 204, *vel* 210. — *Oratio.* Deus, qui per Immaculátam. 1057.

*Et fit Commemoratio Feriae,* 1057.

**Ad Completorium,** *Hymnus cantatur in tono Festorum B. M. V.,* 229, *et in fine dicitur :* Jésu tíbi sit glória, Qui nátus es de Vírgine. *Et ita per totam Octavam. Eodem modo cantantur et terminantur omnes Hymni ejusdem metri in Festis occurrentibus infra Octavam. Dominica vero infra Octavam vel in die Octava occurrente, Hymni per totum Officium cantantur in tono Adventus, cum doxologia Dominicae.*

AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)




http://ccwatershed.org



(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 5. (*fa-do*)




℣. Tu gló- ri-




(M.M. ♪ = 160.)

1. (*ré-la*)



℣. Tó- ta púlchra es, Ma-

rí- a : et má- cu- la o- ri-

gi- ná- lis * non est in

te.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 8. (*sol-do*)

A- ve * Ma- rí- a,

grá- ti- a plé-

na : Dó- mi- nus té-

cum : be- ne- dí- cta tu

in mu- li- é- ri- bus, al-

le- lú- ia.

http://ccwatershed.org



(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 8. (*sol-do*)

Glo- ri- ó- sa * dí- cta sunt de te, Ma-

rí- a : qui- a fé- cit tí- bi má- gna qui

pót- ens est.

## IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Díxit Dóminus. 1. g². 141. — 2. Laudáte púeri. 8. G. 161. — 3. Laetátus sum. 8. c. 179. — 4. Nisi Dóminus. 7. a. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 3. a². 196.

1. Ant. 1. g 2 (*ré-la*)

Tó-ta púlchra es Ma-rí- a, * et má-cu-la o-ri-gi-

ná- lis non est in te. E u o u a e.

2. Ant. 8. G (*sol-do*)

Vestimén-tum tú- um * cándi-dum qua-si nix, et

fá-ci- es tú- a sic- ut sol. E u o u a e.

3. Ant. 8. c (*sol-do*)

Tu gló- ri- a Je- rú- sa-lem, * tu lae-tí- ti-

a Isra- el, tu ho-no- ri- fi-cén- ti- a pó- pu- li

nóstri. E u o u a e.

4. Ant. 7. a (*sol-ré*)



Be-ne-dí-cta es tu, * Vírgo Ma-rí- a, a Dó- mi-



no Dé- o ex-cél-so prae ómni-bus mu-li- é- ri-bus su-per



tér-ram. E u o u a e.

5. Ant. 3. a 2 (*mi-do*)



Trá- he nos * Vírgo imma-cu-lá- ta, post te cur-



ré- mus in o-dó- rem unguentó- rum tu- ó- rum.



E u o u a e.

Capitulum. *Prov. 8. c.*

DOminus possédit me in initio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio. † Ab aetérno ordináta sum, et ex antíquis ántequam terra fieret. * Nondum erant abýssi, et ego jam concépta eram.

*Hymnus.* Ave máris stélla. 944.

℣. Immaculáta Concéptio est hódie sánctae Maríae Vírginis.
℟. Quae serpéntis cáput virgíneo péde contrívit.

Ad Magnif. Ant. 1. f (*ré-la*)



Hó- di- e * e-gréssa est vírga de ra-



dí- ce Jés- se : hó-di- e si-ne úl-la peccá-ti lá-be



concé-pta est Ma-rí- a : hó- di- e con-trí- tum

http://ccwatershed.org





est ab é- a cá- put serpén-tis antí-qui, al- le-



lú- ia. E u o u a e.

*Cant.* Magníficat. 1. f. 199, *vel* 205.

Oratio.

DEus, qui per Immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum praeparásti : † quaésumus ; ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui praevísa, eam ab omni labe praeservásti, * nos quoque mundos ejus intercessióne ad te pervenire concédas. Per eúmdem Dóminum.

*Et fit commemoratio Feriae, ut infra.*

## COMMEMORATIO FERIAE

### IN VESPERIS CONCEPTIONIS IMMACULATAE B. M. V.

### Infra Hebdomadam I. Adventus.

Feria V.

Ant. 4. (*la-ré*)



Exspectá-bo Dómi- num * Salva-tó-rem mé- um,



et praesto-lá-bor é- um, dum pro-pe est, al-le-lú- ia.

℣. Roráte caéli désuper, et núbes plúant jústum.
℟. Aperiátur térra et gérminet Salvatórem.

*Oratio de Dominica praecedenti.*

Feria VI.

Ant. 4. (*la-ré*)



Ex Aegý- pto * vo-cá- vi Fí- li- um mé- um :



vé-ni- et ut sál- vet pó- pu-lum sú- um.

Sabbato.




## Infra Hebdomadam II. Adventus.

Feria II.




Feria III.




Feria IV.




Feria V.




http://ccwatershed.org






## 10. S. Melchiadis Papae et Martyris.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriae actiónis gravat, beáti Melchíadis Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

## 11. S. Damasi I. Papae, Confessoris. *Semid.*

Oratio.

EXáudi Dómine preces nostras : † et interveniénte beáto Dámaso Confessóre tuo atque Pontífice, * indulgéntiam nobis tríbue placátus et pacem. Per Dóminum nostrum.

## 13. S. Luciae Virginis et Martyris. *Duplex.*

In I. Vesperis.




℣. Spécie túa et pulchritúdine túa.
℟. Inténde, próspere procéde et régna.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Lúciae Vírginis et Mártyris tuae festivitáte gaudémus ; * ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Ad Missam.

*Introitus.* Dilexísti. 915.
*Graduale.* Dilexísti. 905.

(M.M. ♪ = 160.)




*Offertorium.* Afferéntur. 909. — *Communio.* Príncipes. 929.

In II. Vesperis.




℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum.

http://ccwatershed.org



## 15. Octava Concept. Immac. B. M. V. *Dupl. maj.*

*Omnia ut in Festo*, 1051.

## 16. S. Eusebii Episcopi et Martyris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Eusébii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

## 21. SANCTI THOMAE APOSTOLI.

*Duplex II. Classis.*

*In Vesperis omnia de Communi Apostolorum*, 805, *praeter :*

In I. et II. Vesperis, ad Magnificat.




*Cant.* Magníficat. 8. G. 204, *vel* 210.

Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine, beáti Apóstoli tui Thomae solemnitátibus gloriári : † ut ejus semper et patrocíniis sublevémur, * et fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dóminum.

AD MISSAM.

*Introitus.* Míhi autem nimis. 1044.

(M.M. ♪ = 152.)



http://ccwatershed.org











## FESTA JANUARII.

14. S. Hilarii Episcopi, Conf. et Eccl. Doct. *Duplex* (m. t. v.)

*In I. et II. Vesperis, ad Magnif. Ant.* O Dóctor ... beáte Hilári. 879.

### Oratio.

DEus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Hilárium minístrum tribuísti : † praesta quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

**Missa.** In médio. 881.

*Eadem die.* S. Felicis Presbyteri et Mart.

Oratio.

COncéde, quaésumus, omnípotens Deus : * ut ad meliórem vitam, sanctórum tuórum exémpla nos próvocent; | quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

15. S. Pauli Primi Eremitae, Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Pauli Confessóris tui ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius : ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

AD MISSAM.

*Introitus.* Justus ut pálma. 894. — *Graduale.* Justus ut pálma. 891.
Allelúia, allelúia. ℣. Justus germinábit. 883.
*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Beátus vir. 825.
*Offertorium.* In virtúte túa. 895.
*Communio.* Laetábitur. 841. *sine* Allelúia *in fine.*

*Eadem die.* S. Mauri Abbatis.

Oratio.

INtercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Mauri Abbátis comméndet : * ut quod nostris méritis non valémus, | ejus patrócinio assequámur. Per Dóminum nostrum.

16. S. Marcelli I. Papae, Martyris. *Semid.*

Oratio.

PReces pópuli tui, quaésumus Dómine, cleménter exáudi : † ut beáti Marcélli, Mártyris tui atque Pontíficis, méritis adjuvémur, * cujus passióne laetámur. Per Dóminum.

17. S. Antonii Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

INtercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Antónii Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * | ejus patrócinio assequámur. Per Dóminum nostrum.

**Missa.** Os justi. *de Communi Abbatum,* 896.

18. Cathedrae S. Petri, qua Romae primum sedit. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis.




http://ccwatershed.org






℣. Tu es Pétrus.
℟. Et super hanc pétram aedificábo Ecclésiam méam.

Oratio.

DEus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni caeléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti : † concéde; ut intercessiónis ejus auxílio, * a peccatórum nostrórum néxibus liberémur : Qui vivis.

*Deinde fit commem. S. Pauli ante alias quascumque commemorationes. Quod et servatur in commem. S. Petri, quae fit in Festis S. Pauli.*

*Pro commem. S. Pauli Ap. Ant.* Sáncte Páule. 1081. ℣. Tu es vas.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli praedicatióne docuísti : * da nobis, quaésumus; ut cujus commemoratiónem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus.

*Postea fit commemoratio S. Priscae Virg. et Mart. Ant.* Véni spónsa. 899. ℣. Spécie túa.

Oratio.

DA, quaésumus, omnípotens Deus : * ut qui beátae Priscae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus; et ánnua solemnitáte laetémur, et tantae fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Ad Missam.

*Introitus.* Státuit. 873.



http://ccwatershed.org



℣. Confi-te- án-

tur Dómi-no

mi- se- ri- cór- di- ae

é- jus :

et mi- ra-bí- li- a é- jus

fí- li- is * hó- mi- num.

(M.M. ♪ = 160.)

2. (*ré-fa*)

Al-le- lú- ia. * *ij.*

℣. Tu es Pé- trus, et su- per

hanc pé- tram ae-di- fi- cá-



bo Ecclé- si- am

* mé- am.

*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*

(M.M. ♪ = 160.)

Tract. 2. (*ré-fa*)

Tu es * Pé- trus,

et su- per hanc pé- tram

ae-di- fi-cá- bo Ecclé- si- am

mé- am. ℣. Et pór-

tae ínfe- ri non præva- lé-bunt advér-sus é-

am : et tí- bi dá- bo clá- ves

ré-gni cae- ló- rum. ℣. Quod-cúm-

http://ccwatershed.org






(M.M. ♪ = 144.)









*Communio.* Tu es Pétrus. *ut in Festo SS. Petri et Pauli.*

### In II. Vesperis.

*Ant.* Dum ésset súmmus Póntifex. 872.

℣. Elégit te Dóminus sacerdótem sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam láudis.

*Deinde fit commemoratio S. Pauli Apostoli, ut supra,* 1065.

## 19. SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum Mart. *Simpl.*

### Oratio.

CXáudi Dómine pópulum tuum cum sanctórum tuórum patrocínio supplicántem : † ut et temporális vitae nos tríbuas pace gaudére, * et aetérnae reperíre subsídium. Per Dóminum.

*Eadem die.* S. Canuti Regis et Mart.

### Oratio.

DEus, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam, beátum Canútum regem martýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es : * concéde propítius ; ut, sicut ipse Domínicae passiónis imitátor fuit, ita nos per ejus vestígia gradiéntes, ad gáudia sempitérna provenire mereámur. Per eúmdem Dóminum.

http://ccwatershed.org



## 20. SS. Fabiani Papae et Sebastiani Martyrum. *Duplex.*

### Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

### Ad Missam.

*Introitus.* Intret. 853. — *Graduale.* Gloriósus. 854.




*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Qui séminant. 856.











http://ccwatershed.org



## 21. S. Agnetis Virginis et Martyris. *Duplex.*

### In I. Vesperis.

Ant. 8. (*sol-do*)



Be- á- ta Agnes, * in mé- di- o flammá-rum,



expán-sis má- ni-bus o-rá-bat : Te dépre- cor,



ve-ne-ránde, co-lén-de, Pá-ter me-tu- én- de : qui-



a per sánctum Fí- li- um tú- um mí-nas e-vá- si sa-



crí- le-gi ty-rán-ni, et cár-nis spurcí- ti- as imma-cu-lá-



to cál- le transí- vi : et ec- ce vé- ni- o ad te,



quem amá- vi, quem quaesí- vi, quem semper op-tá- vi.

℣. Spécie túa et pulchritúdine túa.
℟. Inténde, próspere procéde, et régna.

### Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quaeque confúndas : † concéde propítius; ut, qui beátae Agnétis Vírginis et Mártyris tuae solémnia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

### Ad Missam.

*Introitus.* Me exspectavérunt. 910.
*Graduale.* Diffúsa est. 930.



(M.M. ♪ = 160.)

7. (*sol-ré*)



Al-le- lú- ia. * *ij.*



℣. Quínque pru- dén- tes



vír- gi- nes acce- pé-runt ó- le- um



in vá-sis sú- is cum lampá- di- bus : mé-di- a



autem nó- cte clá- mor



fá- ctus est : Ecce spónsus vé- nit : ex- í-



te ób- vi- am Christo * Dó- mi-



no.

*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Véni spónsa Christi. 906.
*Offertorium.* Afferéntur. 909.
*Communio.* Quinque prudéntes. 919.

### In II. Vesperis.

Ant. 1. (*ré-la*)



Stans be- á- ta A- gnes * in mé- di- o flám-




℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

## 22. SS. Vincentii et Anastasii Mart. *Semid.*

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris : † ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, * beatórum Mártyrum tuórum Vincéntii et Anastásii intercessióne liberémur. Per Dóminum.

## 23. S. Raymundi de Pennafort Conf. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui beátum Raymúndum paeniténtiae Sacraménti insígnem minístrum elegísti, et per maris undas mirabíliter traduxísti : † concéde; ut ejus intercessióne dignos paeniténtiae fructus fácere, * et ad aetérnae salútis portum pervenire valeámus. Per Dóminum.

## *Eadem die.* S. Emerentianae Virginis et Martyris.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta Emerentiána Virgo et Martyr implóret; * quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuae professióne virtútis. Per Dóminum.

## 24. S. Timothei Episcopi et Martyris. *Duplex.*

**Missa.** Státuit. 873, *praeter :*

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Timóthei Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

http://ccwatershed.org



## 25. In Conversione S. Pauli, Apostoli.

*Duplex majus.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 8. G. 145. — 2. Confitébor. 8. G. 150. — 3. Beátus vir. 4. A. 154. — 4. Laudáte púeri. 8. G. 161. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 175.

*Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis*, 1079.

℣. Tu es vas electiónis, sáncte Páule Apóstole.
℟. Praedicátor veritátis in univérso múndo.




*Cant.* Magníficat. 7. a. 203, *vel* 209. — *Oratio.* Deus qui univérsum. 1082.

*Commem. S. Petri. Ant.* Tu es pástor. 1064. ℣. Tu es Pétrus. 1065. *Oratio.* Deus, qui beáto Petro. 1065.

AD MISSAM.



http://ccwatershed.org










http://ccwatershed.org



*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*

(M.M. ♪ = 160.)

Tract. 2. (*ré-fa*)

Tu es vas * e- le-cti- ó- nis sán- cte Páu- le A- pó- sto- le : ve- re di- gne es glo- ri- fi- cán- dus. ℣. Prae- di- cá- tor ve- ri- tá- tis, et Dó-ctor gén- ti- um in fí- de et ve- ri- tá- te. ℣. Per te ó- mnes gén- tes cogno-vé- runt grá- ti- am Dé- i.



℣. In-ter- cé- de pro nó- bis ad Dé- um, qui te * e-lé- git.

*Offertorium.* Mihi autem. 1045. — *Communio.* Amen dico vobis. 896.

## IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Díxit Dóminus. 8. G. 145. — 2. Laudáte púeri. 8. G. 161. — 3. Crédidi. 4. A. 171. — 4. In converténdo. 8. G. 180. — 5. Dómine probásti me. 8. G. 193.

1. Ant. 8. G (*sol-do*)

Ego plantá-vi, * Apól- lo ri-gá-vit : Dé- us au- tem incremén-tum † dé- dit, al- le- lú- ia.

*Post Septuag.* dé-dit. E u o u a e.

2. Ant. 8. G (*sol-do*)

Li-bén-ter glo- ri- á- bor * in in-firmi-tá- ti- bus mé- is, ut inhá-bi- tet in me vír- tus Chrí-sti.

E u o u a e.

http://ccwatershed.org



3. Ant. 4. A (*la-ré*)

Grá-ti- a Dé- i * in me vá-cu- a non fú- it : sed grá- ti- a é- jus semper in me má-net. E u o u a e.

4. Ant. 8. G (*sol-do*)

Da-más-ci, * praepó- si-tus géntis Aré-tae ré- gis vó-lu- it me compre-hén-de-re : a frátri-bus per mú- rum submíssus sum in spór- ta : et sic e-vá- si mánus é-jus in nó- mi- ne Dómi-ni. E u o u a e.

5. Ant. 8. G (*sol-do*)

Ter vírgis caé- sus sum, * semel la-pi- dá-tus sum : ter naufrá-gi- um pér- tu- li pro Chrí- sti nómi-ne. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 9.*

SAulus adhuc spirans minárum et caedis in discípulos Dómini, accéssit ad príncipem sacerdótum, † et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas : * ut si quos invenísset hujus viae viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem.



Hymn. 4. (*mi-la*)

1. E-gré- gi- e Dóctor Páule, mó- res ínstru- e, Et nóstra té-cum pécto-ra in caé- lum trá- he : ve- lá-ta dum me-rí-di- em cér- nat fí- des, Et só- lis instar só-la ré-gnet cá- ri- tas. 2. Sit Tri- ni- tá- ti sempi- tér- na gló- ri- a, Hó-nor, pot-é-stas, at- que ju- bi- lá- ti- o, In u-ni- tá-te quae gu-bér- nat ómni- a, Per u-ni- vér- sa ae-terni- tá- tis saé- cu- la. A- men.

℣. Tu es vas electiónis sáncte Páule Apóstole.
℟. Praedicátor veritátis in univérso múndo.

Ad Magnif. Ant. 8. G (*sol-do*)

Sáncte Páule A- pó- sto- le, * praedi- cá-tor ve- ri-tá- tis, et Dóctor génti- um : inter-cé-de



pro nó-bis ad Dé- um, qui te e-lé- git. E u o u a e.

*Cant.* Magníficat. 8. G. 204, *vel* 210.

Oratio.

DEus, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli praedicatióne docuísti : † da nobis, quaésumus; ut, qui ejus hódie Conversiónem cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

*Commemoratio S. Petri. Ant.* Tu es Pástor. 1064. ℣. Tu es Pétrus. 1065. *Oratio.* Deus, qui beáto Petro. 1065.

## 26. S. Polycarpi Episcopi et Martyris. *Duplex*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Polycárpi Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius : ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

**Missa.** Sacerdótes Déi. 824.

## 27. S. Joannis Chrysostomi Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis, ad Magníficat, Ant.* O Doctor ... beáte Joánnes Chrysóstome. 879.

Oratio.

ECclésiam tuam, quaésumus Dómine, grátia caeléstis amplíficet : * quam beáti Joánnis Chrysóstomi Confessóris tui atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis, et doctrínis. Per Dóminum nostrum.

**Missa.** In médio. *de Doctoribus*, 881, *praeter :*

*Graduale.* Ecce sacérdos. 874.

Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir qui súffert. 892.

## 28. S. Agnetis Virginis et Martyris, *secundo.*

In I. Vesperis, Commemoratio.



Ant. 1. (*ré-la*) Stans a déxtris é- jus * Agnus ní- ve can-dí-di-



or, Chrístus sí- bi spónsam et márty-rem conse-crá-vit.

http://ccwatershed.org



Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátae Agnétis Vírginis et Mártyris tuae solemnitáte laetíficas : † da quaésumus; ut quam venerámur officio, * étiam piae conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum nostrum.

## 29. S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis. Ant.* O Doctor ... beáte Francísce. 879.

Oratio.

DEus, qui ad animárum salútem beátum Franciscum Confessórem tuum atque Pontíficem, ómnibus ómnia factum esse voluísti : † concéde propítius; ut caritátis tuae dulcédine perfúsi, * ejus dirigéntibus mónitis ac suffragántibus méritis, aetérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

**Missa.** In médio. *de Doctoribus*, 881.

## 30. S. Martinae Virginis et Martyris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátae Martínae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

## 31. S. Petri Nolasci Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui in tuae caritátis exémplum, ad fidélium redemptiónem sanctum Petrum Ecclésiam tuam nova prole foecundáre divínitus docuísti : † ipsíus nobis intercessióne concéde; a peccáti servitúte solútis, * in caelésti pátria perpétua libertáte gaudére : Qui vivis et regnas.

**Missa.** Justus ut pálma. *de Conf. non Pontif.*, 894.

# FESTA FEBRUARII.

## 1. S. Ignatii Episcopi et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Ignátii Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Ad Missam.



(M.M. ♪ = 152.) Intr. 2. (*ré-fa*) Mí-hi autem * áb- sit glo- ri- á- ri,

http://ccwatershed.org






*Graduale.* Ecce sacérdos mágnus. 874.

(M.M. ♪ = 160.)








*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Desidérium. 822.

*Offertorium.* Glória et honóre. 829.

(M.M. ♪ = 160.)




DIE 2. FEBRUARII.

## IN PURIFICATIONE B. MARIAE VIRGINIS.

*Duplex II. Classis.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis,* 1094, *praeter sequentia :*
*Psalmi et Antiphonae ut in Circumcisione,* 337.




*Cant.* Magnificat. 1. D. 199, *vel* 205. — *Oratio.* Omnípotens. 1096.

**Ad Completorium** *Hymnus cantatur in tono Festorum B. M. V.,* 229.

http://ccwatershed.org



## AD BENEDICTIONEM CANDELARUM.

*Finita Tertia, Sacerdos procedit ad benedicendum Candelas in medio ante Altare, vel ad cornu Epistolae positas.*

*Finitis Orationibus, Celebrans ponit incensum in thuribulum, deinde ter aspergit aqua benedicta, dicendo Antiphonam* Aspérges me. *sine cantu et sine Psalmo : et ter adolet incenso. Et cum inceperit distribuere Candelas, a Choro cantatur :*

Ant. 8. (*sol-do*)



Lúmen * ad re-ve-la-ti- ó-nem génti- um : et



gló-ri- am plé-bis tú-ae Isra- el. *Cant.* Nunc dimít-tis sér-



vum tú- um, Dómi-ne, * se-cúndum vérbum tú- um in pá-



ce. Lúmen.

*Deinde repetitur tota Antiphona* Lúmen. *quae similiter repetitur post quemlibet versum.*



Qui- a vi-dé-runt ó-cu-li mé- i * sa-lu-tá-re tú- um.
Lúmen.



Quod pa-rásti * ante fá-ci- em ómni- um po-pu-ló-rum.
Lúmen.



Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, * et Spi-rí-tu- i Sáncto.
Lúmen.



Sic-ut é-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, * et in



saécu-la saecu-ló-rum. Amen. Lúmen.



*His expletis cantatur :*

(M.M. ♪ = 152.)

Ant. 2. (*ré-fa*)



Exsúr-ge Dó- mi- ne, * ád-ju- va nos,



et lí-be-ra nos propter nómen tú- um. *Ps.* Dé-



us áu- ri-bus nó-stris au-dí- vimus : * pá- tres nóstri



annunti- a-vé- runt nó- bis. Gló-ri- a Pátri.



E u o u a e. *Et repetitur :* Exsúrge.

*Deinde fit Processio. Et primo Celebrans ponit incensum in thuribulum, postea Diaconus vertens se ad populum, dicit :*



Pro-ce-dámus in pá-ce.

*Et Chorus respondet :*



In nómi-ne Chrí-sti. Amen. *vel :* Amen.

*Progreditur Processio, et cantantur Antiphonae sequentes :*

(M.M. ♪ = 152.)

Ant. 6. (*do-mi*)



Ad-ór- na * thá- lamum tú- um, Sí-



on, et sús- ci-pe Ré- gem Chrí- stum : amplécte-

http://ccwatershed.org



re Ma- rí- am, quae est cae-lé- stis pór-

ta : í- psa e- nim pór- tat Ré- gem gló-ri-

ae nó-vi lú- mi- nis : sub-sí-stit Vír- go addú-

cens má- ni- bus Fí- li- um an-te lu-cí- fe-

rum : quem accí- pi- ens Síme- on in úlnas sú-

as prae-di- cá- vit pó-pu- lis Dó- mi-

num é- um és- se ví- tae et mór- tis,

et Sal- va-tó- rem mún- di.

(M.M. ♪ = 152.)

Alia Ant. 2. (*ré-fa*)

Respón- sum * accé- pit Sí- me- on

a Spí- ri-tu Sán-cto,



non vi- sú- rum se mór- tem, ni- si vi-dé-ret Chrístum

Dó- mi- ni : et cum in- dú- ce- rent pú-

e- rum in témplum, accé-pit é- um

in úl-nas sú- as, et be-ne- dí- xit Dé-

um, et dí-xit : Nunc di- mít- tis,

Dó- mi- ne, sér-vum tú- um in pá-ce.

*Et ingrediendo ecclesiam, cantatur :*

(M.M. ♪ = 160).

Resp. 2. (*ré-fa*)

Obtu-lé- runt * pro é- o Dó- mi- no par

túrtu- rum, aut dú- os púl- los

http://ccwatershed.org



co- lum- bá- rum : * Sic- ut scrí- ptum

est in lé- ge Dó-mi-

ni. ℣. Postquam au- tem implé- ti sunt dí- es pur-

ga-ti- ó-nis Ma-rí- ae, se-cúndum lé- gem Mó- y- si,

tu- lé- runt Jé- sum in Je-rú- sa- lem, ut sí-ste-rent

é- um Dó- mi- no. * Sic- ut. Gló-

ri- a Pá- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu-

i Sán- cto. * Sic-ut.

*Finita Processione, celebratur Missa. Et Candelae tenentur in manibus accensae dum legitur Evangelium, et iterum ab incepto Canone usque ad expletam Communionem. Si vero Missa fieret de Dominica, Candelae non accenduntur.*

AD MISSAM.

M.M. ♪ = 152.)

Intr. 1. (*ré-la*)

Sus-cé- pimus, * Dé- us, mi- se- ri-cór-



di- am tú- am in mé- di- o témpli

tú- i : se-cúndum nó- men tú- um Dé- us,

i- ta et laus tú- a in fí- nes tér-

rae : justí- ti- a plé- na est déxte- ra tú- a.

*Ps.* Mágnus Dómi-nus, et laudá- bi- lis ni- mis : * in ci-

vi- tá-te Dé- i nóstri, in mónte sáncto é- jus.

Gló-ri- a Pá-tri. E u o u a e.

(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 5. (*fa-do*)

Suscé- pimus, * Dé- us, mi-se- ri-

cór-di- am tú- am in mé-di- o témpli

tú- i : se-cúndum nómen tú- um, Dé- us,

http://ccwatershed.org











*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*



http://ccwatershed.org






*Offertorium.* Diffúsa est. 913.




IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 3. b. 142. — 2. Laudáte púeri. 7. a. 160. — 3. Laetátus sum. 3. b. 176. — 4. Nisi Dóminus. 8. c. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 8. G. 198.








### Capitulum. *Malach. 3.*

ECce ego mitto Angelum meum, et praeparábit viam ante fáciem meam. † Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quaéritis, * et Angelus testaménti, quem vos vultis.

*Hymnus.* Ave máris stélla. 944.

℣. Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sáncto.
℟. Non visúrum se mórtem, nisi vidéret Christum Dómini.

Ad Magnif. Ant. 8. G* (*sol-do*)




*Cant.* Magníficat. 8. G*. 204, *vel* 210.

### Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus : † ut, sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostrae carnis substántia in templo est praesentátus ; * ita nos fácias purificátis tibi méntibus praesentári. Per eúmdem Dóminum.

## 3. S. Blasii Episcopi et Martyris. *Simplex.*

### Oratio.

DEus, qui nos beáti Blásii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

http://ccwatershed.org



## 4. S. Andreae Corsini Episc. et Conf. *Duplex.*

### Oratio.

DEus, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum : † da pópulo tuo beáti Andréae Confessóris tui atque Pontíficis ita sequi vestígia, * ut assequátur et praémia. Per Dóminum.

**Missa.** Státuit. *de Communi Conf. Pontif.*, 873.

## 5. S. Agathae Virginis et Martyris. *Duplex.*

### In I. Vesperis.

*Ad Magnificat, Ant.* Stans beáta Agatha. 1099.

℣. Spécie túa et pulchritúdine túa.
℟. Inténde, próspere procéde, et régna.

### Ad Missam.

(M.M. ♪ = 152).

Intr. 1. (*ré-la*)





Ré- gi. Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

*Graduale.* Adjuvábit éam Déus. 911.

(M.M. ♪ = 160).

2. (*ré-fa*)



Al- le- lú- ia. * *ij.*



℣. Loqué- bar, Dó-



mi- ne, de testimó-ni- is tú- is



in conspéctu ré-



gum, * et non con-fundé- bar.



*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣., *sequenti, dicitur Tractus* Qui séminant. 856.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 1. (*ré-la*)



Affe-réntur * Ré- gi vír- gi-

http://ccwatershed.org





nes post é- am: pró- ximae é- jus



af-fe- rén- tur tí- bi.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 6. (*fa-la*)



Qui me digná- tus est * ab ómni plá- ga



cu- rá- re, et ma-míl- lam mé- am mé-



o pécto- ri re-sti- tú- e- re, ípsum ín- vo-



co Dé- um ví- vum.

In II. Vesperis.

Ant. 1. (*ré-la*)



Stans be- á- ta A- ga-tha * in mé- di- o cár-



ce- ris, expán- sis má-ni- bus, tó- ta mén- te o-



rá- bat ad Dómi- num : Dómi-ne Jé-su Chrí-ste,




℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátae Agathae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

## 6. S. Titi Episcopi et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui beátum Titum Confessórem tuum atque Pontíficem apostólicis virtútibus decorásti : † ejus méritis et intercessióne concéde; ut juste et pie vivéntes in hoc saéculo, * ad caeléstem pátriam pervenire mereámur. Per Dóminum nostrum.

**Missa.** Státuit. *de Communi Conf. Pont.*, 873.

## *Eadem die.* S. Dorotheae Virginis et Martyris.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta Doróthea Virgo et Martyr implóret : * quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuae professióne virtútis. Per Dóminum.

## 7. S. Romualdi Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

INtercéssio nos, quaésumus Dómine beáti Romuáldi Abbátis commendet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

**Missa.** Os jústi. *de Communi Abbatum*, 896.

http://ccwatershed.org



## 8. S. Joannis de Matha Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui per sanctum Joánnem, Ordinem sanctíssimae Trinitátis, ad rediméndum de potestáte Saracenórum captívos, caélitus institúere dignátus es : † praesta, quaésumus; ut, ejus suffragántibus méritis, * a captivitáte córporis et ánimae, te adjuvánte, liberémur. Per Dóminum.

**Missa.** Os jústi. *de Communi Conf. non Pont.*, 890.

## 9. S. Cyrilli Episcopi Alexandrini, Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis, Ant.* O Dóctor ... beáte Cyrille. 879.

Oratio.

DEus, qui beátum Cyrillum Confessórem tuum atque Pontíficem divínae maternitátis beatíssimae Vírginis Maríae assertórem invíctum effecísti : † concéde, ipso intercedénte; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * matérna ejúsdem protectióne salvémur. Per eúmdem Dóminum.

**Missa.** In médio. 881.

## *Eadem die.* S. Apolloniae Virginis et Martyris.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : * concéde propítius; ut qui beátae Apollóniae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

## 10. S. Scholasticae Virginis. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui ánimam beátae Vírginis tuae Scholásticae, ad ostendéndam innocéntiae viam, in colúmbae spécie caelum penetráre fecísti : † da nobis ejus méritis et précibus ita innocénter vívere; * ut ad aetérna mereámur gáudia pervenire. Per Dóminum.

**Missa.** Dilexísti. 915.

## 11. Apparitio B. M. V. Immaculatae. *Duplex majus.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 1107, *praeter sequentia.*

*Hymnus.* Ave máris stélla. 944, *nisi hoc Festum careat II. Vesperis, quia tunc sumitur Hymnus proprius.* Omnis expértem. *iisdem II. Vesperis assignatus*, 1108.

℣. Dignáre me laudáre te, Vírgo sacráta.
℟. Da míhi virtútem contra hóstes túos.

Ad Magnif. Ant. 3. a (*mi-do*)




*Cant.* Magníficat. 3. a. 200, *vel* 207.

*Oratio.* Deus, qui per Immaculátam. 1109.

**Ad Completorium.** *Tonus et Doxologia de B. M. V.* 229.

AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 8. (*sol-do*)




http://ccwatershed.org



(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 5. (*fa-do*)



http://ccwatershed.org



(M.M. ♪ = 160.)

3. (*mi-do*)




*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*

(M.M. ♪ = 160.)

Tract. 8. (*sol-do*)








http://ccwatershed.org





sti.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 1. (*ré-la*)



A- ve * grá- ti- a plé-



na, Dó- mi- nus té- cum, be-



ne- dí- cta tu in mu- li- é-



ri- bus. *T. P.* Al- le-



lú- ia.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 1. (*ré-la*)



Vi- si- tá-sti tér- ram, * et in- e- bri- á-sti



é- am, mul- ti- pli-cásti lo-cuple-tá- re



é- am. *T. P.* Alle- lú- ia.



## IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 4. E. 143. — 2. Laudáte púeri. 1. f. 157. — 3. Laetátus sum. 8. c. 179. — 4. Nisi Dóminus. 7. a. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 8. G. 198.

1. Ant. 4. E (*mi-la*)



Cán-dor est * lú-cis ae-térnae, et spé-cu-lum si-



ne má- cu- la. E u o u a e.

2. Ant. 1. f (*ré-la*)



Mú- li- er * amícta só- le, et lú- na sub pé- di-



bus é-jus : et in cá- pi- te é- jus co-ró- na stel-lá- rum



du- ó-de-cim. E u o u a e.

3. Ant. 8. c (*sol-do*)



Tu gló- ri- a Je- rú- sa- lem, * tu lae-tí- ti-



a Isra- el, tu ho-no-ri- fi-cén- ti- a pó- pu- li nó-



stri. E u o u a e.

4. Ant. 7. a (*sol-ré*)



Be-ne-dí- cta es tu * Vírgo Ma-rí- a, a Dó- mi-

http://ccwatershed.org





no Dé- o ex-cél-so, prae ómni-bus mu-li- é- ri-bus



su-per tér-ram. E u o u a e.




Hó-di- e nómen tú- um * i-ta magni- fi-cá-



vit Dómi- nus, ut non re-cé-dat laus tú- a de ó-



re hómi-num. E u o u a e.

Capitulum. *Cant. 2.*

SUrge, amica mea, speciósa mea, et veni : † colúmba mea in foraminibus petrae, in cavérna macériae, * osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis.




1. Omnis expér-tem má-cu-lae Ma-rí- am Edo-cet



súmmus fí-de- i ma-gí- ster : Vírgi-nis gáu-dens cé-le-



brat fi-dé- lis Tér-ra tri- úmphum. 2. Ipsa se praé-bens



húmi- li pu- él-lae Vírgo spe- ctándam, ré-cre- at pa-vén-



tem : Séque con-cé-ptam si-ne lá-be, sáncto Praédi-cat





ó- re. 3. O spé-cus fé- lix, de-co-rá-te dí-vae Mátris a-



spéctu! ve-ne-ránda rú- pes, Unde vi- tá- les sca-tu-



é-re plé- no Gúrgi- te lýmphae. 4. Huc ca-tervá- tim



pí- a túrba nóstris, Huc ab ex-tér-nis per-egrí-na tér- ris



Afflu- it súpplex, et ó-pem po-tén-tis Vír-gi-nis ó- rat.



5. Exci-pit Má- ter lácrimas pre-cántum, Dó-nat o-ptá- tam



mí-se- ris sa-lú- tem : Cómpos hinc vó- ti pátri- as ad



ó- ras Túrba re-vér-tit. 6. Súppli-cum, Vír-go, mi-se-



rá-ta cá-sus, Semper o .nóstros ré-fo-ve la-bó- res,



Impetrans maé-stis bó-na sempi- tér-nae Gáudi- a ví-



tae. 7. Sit dé-cus Pá-tri, ge-ni-taéque Pró- li, Et tí-bi

http://ccwatershed.org









℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hóstes túos.

Ad Magnif. Ant. 8. G* (*sol-do*)



















*Cant.* Magnificat. 8. G*. 204, *vel* 210.

### Oratio.

DEus, qui per Immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum praeparásti : † súpplices a te quaésumus; ut ejúsdem Vírginis apparitiónem celebrántes, * salútem mentis et córporis consequámur. Per eúmdem Dóminum.



## 12. SS. VII Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V., Conf.

*Duplex.*

### In I. Vesperis.

Ant. 1. (*ré-la*)













℣. Hi víri misericórdiae sunt, quórum pietátes non defuérunt.
℟. Sémen eórum et glória eórum non derelinquétur.

### Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui ad recoléndam memóriam dolórum sanctíssimae Genitrícis tuae, per septem beátos Patres nova Servórum ejus família Ecclésiam tuam fecundásti: † concéde propítius; ita nos eórum consociári flétibus, * ut perfruámur et gáudiis : Qui vivis et regnas.

(M.M. ♪ = 152.)

### Ad Missam.

Intr. 5. (*fa-do*)












http://ccwatershed.org











*Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Qui séminant. 822.

http://ccwatershed.org



*Tempore Paschali, omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :* Allelúia, allelúia. ℣. Sapiéntiam. *ut supra; deinde :*















In II. Vesperis.




℣. Hi víri misericórdiae. *ut supra*, 1111.

## 14. S. Valentini Presbyteri, Martyris.

### Oratio.

PRaesta, quaésumus, omnípotens Deus : † ut, qui beáti Valentíni Mártyris tui natalítia cólimus, * a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

## 15. SS. Faustini et Jovitae Martyrum.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Faustíni et Jovítae solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum.

## 18. S. Simeonis Episcopi et Martyris.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Simeónis Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

## 22. Cathedrae Sancti Petri Antiochiae. *Duplex maj.*

*Omnia dicuntur sicut in Festo Cathedrae Romanae*, 1064.

## 23. S. Petri Damiani Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis, Ant.* O Dóctor ... beáte Pétre. 879.

Oratio.

COncéde nos, quaésumus omnípotens Deus, beáti Petri Confessóris tui atque Pontíficis mónita et exémpla sectári : † ut per terréstrium rerum contémptum, * aetérna gáudia consequámur. Per Dóminum nostrum.

**Missa.** In médio Ecclésiae. 881.

## 24. *vel* 25. S. MATTHIAE APOSTOLI.

*Duplex II. Classis.*

**In I. et II. Vesperis,** *omnia de Communi Apostolorum*, 804.

Oratio.

DEus, qui beátum Matthíam Apostolórum tuórum collégio sociásti : † tríbue, quaésumus; ut ejus intervéntióne, * tuae circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum.

AD MISSAM.

*Introitus.* Mihi autem. 1044.

*Graduale.* Nimis honoráti sunt. 1061. — *Tractus.* Desidérium. 822.

*Offertorium.* Constítues éos. *ut in Festo SS. Apost. Petri et Pauli.*

(M.M. ♪ = 160.)




http://ccwatershed.org






# FESTA MARTII.

## 4. S. Casimiri Confessoris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui inter regáles delícias et mundi illécebras, sanctum Casimírum virtúte constántiae roborásti : † quaésumus; ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despíciant, * et ad caeléstia semper aspírent. Per Dóminum.

*Eadem die.* S. Lucii I. Papae et Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Lúcii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

## 6. SS. Perpetuae et Felicitatis Mart. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis, Ant.* Istárum est enim. 927. ℣. Glória et honóre.

Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuae et Felicitátis palmas incessábili devotióne venerári : † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

**Missa.** Me exspectavérunt. *de Communi non Virginum*, 928.

## 7. S. Thomae de Aquino Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis, ad Magnif. Ant.* O Dóctor ... beáte Thóma. 879.

Oratio.




Ré- gem thá-lamo ma-nén-tem : Hinc pá- rens ná-ti



mé-ri-tis u- térque Ab-di- ta pándit. 5. Sit dé-cus Pá-



tri, ge-ni-taéque Pró- li, Et tí-bi cómpar utri- úsque



vír- tus, Spí- ri- tus semper, Dé- us ú-nus, ómni



Témpo- ris aévo. A- men.

℣. Iste púer mágnus coram Dómino. ℟. Nam et mánus éjus cum ípso est.

Ad Magnif. Ant. 7. d (*sol-ré*)



Pú- er * qui ná-tus est nó- bis, plus quam pro-



phé-ta est : hic est e- nim de quo Salvá- tor á- it :



Inter ná- tos mu-lí- e- rum non surré-xit má- jor Jo-



án-ne Baptí-sta. E u o u a e.

*Cant.* Magnificat. 7. d. 203, *vel* 209.

Oratio.

DEus, qui praeséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti : † da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum : * et ómnium fidélium mentes dirige in viam salútis aetérnae. Per Dóminum.

## 25. S. Gulielmi Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui infirmitáti nostrae ad terédam salútis viam in sanctis tuis exémplum et praesídium collocásti : † da nobis ita beáti Guliélmi Abbátis mérita venerári ; * ut ejúsdem excipiámus suffrágia, et vestígia prosequámur. Per Dóminum.

**Missa.** Os jústi. *de Communi Abbatum*, 896.

## 26. SS. Joannis et Pauli Martyrum. *Duplex.*

In I. Vesperis.

Ant. 1. (*ré-la*)



Ásti-té- runt * jústi ante Dómi-num,



et ab ín- vi- cem non sunt se- pa- rá- ti : cá-



li- cem Dó- mi- ni bi- bé- runt, et a-mí-



ci Dé- i appel- lá- ti sunt.

℣. Laetámini in Dómino, et exsultáte jústi. ℟. Et gloriámini ómnes récti córde.

Oratio.

QUaésumus, omnípotens Deus : ut nos geminàta laetítia hodiérnae festivitátis excípiat, † quae de beatórum Joánnis et Pauli glorificatióne procédit ; * quos éadem fides et pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum.



Ad Missam.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 2. (*la-do*)



Múltae * tri-bu- la- ti- ó- nes ju-stó- rum,



et de his ómni- bus li-be-rá- vit é- os Dómi-



nus : Dó- mi-nus custó- dit ómni- a ós- sa e-



ó- rum : ú- num ex his non conte- ré- tur.



*Ps.* Be-ne- dí- cam Dómi-num in ómni témpo-re : * sem-



per laus é-jus in ó- re mé- o. Gló-ri- a Pátri.



E u o u a e.

*Graduale.* Ecce quam bónum. 797.

(M.M. ♪ = 160.)

8. (*sol-do*)



Al- le- lú- ia. * *ij.*



℣. Haec est vé-



ra fra-tér- ni- tas, quae ví-




(M.M. ♪ = 144.)




*Communio.* Et si coram homínibus. 858.



In II. Vesperis.




℣. Exsultábunt sáncti in glória. ℟. Laetabúntur in cubilibus súis.

## 28. S. Irenaei Episc. et Mart. *Dupl.*

Oratio.

DEus, qui beáto Irenaéo Mártyri tuo atque Pontífici tribuísti, ut et veritáte doctrínae expugnáret haéreses, et pacem Ecclésiae feliciter confirmáret : † da, quaésumus, plebi tuae in sancta religióne constántiam ; * et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum nostrum.

Ad Missam.

(M.M. ♩ = 152.)




qui- tá- te ambu- lá- vit mé- cum, et múltos a-
vér- tit ab in- i- qui- tá- te.
Ps. Cum his qui o-dé-runt pá-cem, é- ram pa-cí- fi-cus : *
cum lo-qué-bar íl-lis, impugná- bant me gra-tis. Gló-
ri- a Pátri. E u o u a e.
(M.M. ♪ = 152.)
Grad. 5. (fa-do)
Pro- pter * frátres mé- os et pró-
xi- mos mé- os, loqué-bar pá- cem de
te. ℣. Custó-
di inno-cénti- am,
et ví- de ae- qui- tá-




tem : quó-ni- am sunt re- lí-
qui-ae hó-mi-ni * pa-cí-
fi- co.
(M.M. ♪ = 160.)
8. (sol-do)
Al- le- lú- ia. * ij.
℣. In mul- ti- tú- di-ne presby- te-
ró- rum pru- dén- ti- um sta, et sa-pi-
én- ti- ae il- ló- rum ex cór- de con-jún- ge-
re : ut ó-mnem narra- ti- ó- nem Dé- i
pós- sis * audí- re.

(M.M. ♪ = 144.)




DIE 29 JUNII.

# SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

*Duplex I. Classis cum Octava communi.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 8. G. 145. — 2. Confitébor. 7. b. 150. — 3. Beátus vir. 8. c. 156. — 4. Laudáte púeri. 7. c. 2. 160. — 5. Laudáte Dóminum. 7. c. 175.









*Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis*, 1219.

℣. In ómnem térram exívit sónus eórum.
℟. Et in fines órbis térrae vérba eórum.

Ad Magnif. Ant. 1. f (*ré-la*)










*Cant.* Magníficat. 1. f. 199, *vel* 205. — *Oratio.* Deus, qui hodiérnam. 1223.

*Et non fit commemoratio S. Pauli, cum Oratio sit communis.*

AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)



























(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 5. (*fa-do*)
























(M.M. ♪ = 160.)

2. (*ré-fa*)

Al-le-lú- ia. * *ij.*

℣. Tu es Pé- trus, et su- per

hanc pé- tram aedi- fi-cá-

bo Ecclé- si- am * mé-

am.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 3. (*mi-do*)

Constí- tu- es * é- os prín-

ci- pes su- per ó- mnem tér- ram :

mé- mo-res é- runt nó- mi-

nis tú- i, in ó- mni pro- gé-



ni- e et ge- ne- ra- ti- ó- ne.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 6. (*fa-la*)

Tu es Pé- trus, * et su- per hanc pé- tram

aedi- fi- cá-bo Ecclé- si- am mé- am.

IN II. VESPERIS.

**Ubi non est faciendum Officium S. Pauli in ecclesia propria.**

*Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesp. de Communi Apostolorum*, 807.

Capitulum. *Act. 12.*

Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. † Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judaéis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

(M.M. ♪ = 160.)

Hymn. 4. (*mi-la*)

1. De- có- ra lux ae-terni- tá- tis áure- am

Dí- em be- á- tis ir-ri- gá- vit ígni- bus, A- po-

sto- ló-rum quae co-ró- nat Prín- ci- pes, Re- ísque in

á-stra lí-be- ram pán-dit ví- am. 2. Mún-di Ma- gí-






**Alter Tonus.**

(M.M. ♪ = 160.)

1. (*ré-la*)






*Cant.* Magnificat. 1. D. 199, *vel* 205.



Oratio.

DEus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : † da Ecclésiae tuae, eórum in ómnibus sequi praecéptum ; * per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum.

*Et non fit commemoratio S. Pauli.*

## Ubi vero fit Officium S. Pauli in ecclesia propria.

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in Festo Conversionis S. Pauli*, 1075, *praeter :*

Capitulum. *2. Tim. 4. b.*

BOnum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. † In réliquo repósita est mihi coróna justítiae, * quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

*Ad Magnificat. Ant.* Sáncte Páule Apóstole. 1081.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli praedicatióne docuísti : † da nobis, quaésumus ; ut cujus natalítia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

*Commemoratio S. Petri. Ant.* Tu es pástor. 1064. ℣. Tu es Pétrus. — *Oratio.* Deus qui beáto Petro. 1065.

## 30. In Commemoratione S. Pauli Apostoli. *Duplex majus.*

Ad Missam.

*Introitus.* Scio cúi crédidi. 1075.

*Graduale.* Qui operátus est. 1076.








*Offertorium.* Míhi autem. 1045.

*Communio.* Amen dico vóbis. 896.

*Vesperae de sequenti, commemoratio praecedentis, S. Petri Apost., et diei Octavae S. Joannis.*

¶ *Sicubi tamen II. Vesperae S. Pauli dicendae sint integrae, Antiphonae et Psalmi sumuntur de Communi Apostolorum,* 807; *Capitulum, Hymnus, Versus, Antiphona ad Magnificat et commemoratio S. Petri ut in I. Vesperis.*

## FESTA JULII.

DIE I. JULII.

## PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. J. C.

*Duplex II. Classis.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 7. a. 144. — 2. Confitébor. 8. c. 150. — 3. Beátus vir. 4. A. 154. — 4. Laudáte púeri. 8. c. 161. — 5. Laudáte Dóminum. 2. D. 173.

1. Ant. 7. a (*sol-ré*)










2. Ant. 8. c (*sol-do*)









3. Ant. 4. A (*la-ré*)







4. Ant. 8. c (*sol-do*)










5. Ant. 2. D (*ré-fa*)







Capitulum. *Hebr. 9. c.*

FRatres : Christus assístens póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis : † neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, * aetérna redemptióne invénta.

(M.M. ♪ = 152.)

Hymn. 8. (*sol-do*)











℣. Redemísti nos Dómine in sánguine túo.
℟. Et fecísti nos Déo nóstro régnum.

Ad Magnif. Ant. 3. a (*mi-do*)



Accessí- stis * ad Sí- on món-tem, et ci-vi-



tá- tem Dé- i vi- vén-tis, Je-rú-sa-lem cae-lé-stem, et



te- staménti nó- vi me-di- a-tó-rem Jé- sum, et sángui-



nis asper-si- ó-nem mé- li- us loquén-tem quam A-bel.



E u o u a e.

*Cant.* Magníficat. 3. a. 200, *vel* 207.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti, ac ejus Sánguine placári voluísti : † concéde quaésumus. salútis nostrae prétium solémni cultu ita venerári, atque a praeséntis vitae malis, ejus virtúte, defendi in terris; * ut fructu perpétuo laetémur in caelis. Per eúmdem Dóminum.

*Et fit commemoratio praecedentis. Ant.* Sáncte Páule. 1081. ℣. Tu es vas. — *Oratio.* Deus, qui multitúdinem. 1223.

*Deinde S. Petri. Ant.* Tu es pástor. 1064. ℣. Tu es Pétrus. — *Oratio.* Deus, qui beáto Petro. 1065.

*Postea diei Octavae S. Joannis. Ant.* Ingrésso Zacharía. 1201. ℣. Fuit hómo. — *Oratio.* Deus, qui praeséntem diem. 1208.

AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)



Red- e- mí- sti nos, * Dó- mi- ne, in sán-



gui- ne tú- o, ex ó- mni trí- bu, et lín-





gua, et pó- pu- lo, et na- ti- ó- ne : et



fe- cí- sti nos Dé- o nó- stro



ré- gnum. *Ps.* Mi-se- ri-córdi- as Dómi-ni



in ae-térnum cantá- bo : * in ge- ne-ra-ti- ó-nem et



ge-ne-ra-ti- ó-nem annunti- á-bo ve-ri-tá-tem tú- am in



ó- re mé- o. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 3. (*mi-do*)



Hic est * qui vé-



nit per á- quam et sán-



gui- nem, Jé- sus Chrí- stus :



non in á- qua so- lum,



sed in á- qua et sán-


gui- ne. ℣. Tres
sunt, qui te-sti-mó- ni- um dant in caé-
lo : Pá-ter, Vér- bum,
et Spí- ri- tus Sán- ctus : et
hi tres ú- num sunt. Et tres sunt, qui testi-
mó- ni- um dant in tér-
ra : Spí- ri-tus, A- qua, et Sán-
guis : et hi tres * ú-
num sunt.
(M.M. ♪ = 160).
3.
(mi-do)
Alle- lú- ia. * ij.




℣. Si. te-
sti-mó- ni- um hó-mi-num ac- cí- pi-
mus, te-sti-mó- ni- um Dé-
i * má- jus est.
(M.M. ♪ = 144.)
Offert.
4.
(mi-la)
Cá- lix * be-ne- di- cti- ó-
nis, cú- i be- ne- dí- ci- mus, non-
ne commu- ni- cá- ti- o sán- gui- nis
Chrí- sti est? Et pá- nis quem
frán-gimus, non- ne parti-ci-pá-ti-



o cór- po-ris Dó- mi-ni est?

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 8. (*sol-do*)



Chrí- stus * semel o-blá- tus est ad mul- tó- rum exhau-ri- énda peccá- ta : se- cún- do si- ne peccá- to appa-ré- bit ex- spe-ctán-ti-bus se in sa-lú- tem.

*Vesperae de sequenti, commemoratio praecedentis, et diei Octavae.*

¶ *Sicubi tamen hoc Festum habeat II. Vesperas integras omnia dicuntur ut in I. Vesperis, exceptis Versu et Antiphona ad* Magnificat. (*Cant.* Magnif. 1. D. 2. 199, *vel* 205), *ut infra*, 1233.

## 2. IN VISITATIONE B. MARIAE VIRGINIS.

*Duplex II. Classis.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 1234, *praeter sequentia :*

Ad Magnif. Ant. 8. G (*sol-do*)



Be- á- ta es * Ma-rí- a, quae cre-di-dí- sti : per-fi-ci- én-tur in te quae dí- cta sunt tí- bi a Dómi- no, al-le- lú- ia. E u o u a e.

*Cant.* Magnificat. 8. G. 204, *vel* 210. — *Oratio.* Fámulis tuis. 1236.



*Et fit Commemoratio praecedentis.*

Ant. 1. D 2 (*ré-la*)



Ha- bé- bi- tis au- tem * hunc dí- em in mo-numén- tum : et ce- lebrá- bi- tis é- um so- lém- nem Dó-mi- no in ge-ne-ra-ti- ó-ni-bus vé- stris cúl- tu sempi- térno.

℣. Te ergo quaésumus, túis fámulis súbveni.
℟. Quos pretióso sánguine redemísti.
*Oratio.* Omnípotens. 1228.
*Deinde diei Octavae S. Joannis. Ant.* Púer. 1207. ℣. Iste púer.
*Oratio.* Deus qui praeséntem. 1208.

**Ad Completorium,** *et per Horas Hymni terminantur* Jésu tíbi sit glória, *et cantatur in tono B. M. V.*, 229.

AD MISSAM.

*Introitus.* Sálve sáncta párens. 949.

*Graduale.* Benedícta. 949.

(M.M. ♪ = 160.)

8. (*sol-do*)



Al-le- lú- ia. * *ij.* ℣. Fé- lix es, sá- cra Vír-go Ma- rí- a, et ó- mni láu- de di- gnís-




*Offertorium.* Beáta es. *sine* Allelúia. 958.

*Communio.* Beáta víscera. 954.

IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Díxit Dóminus. 8. G. 145. — 2. Laudáte púeri. 2. D. 158. — 3. Laetátus sum. 3. a 2. 177. — 4. Nisi Dóminus. 7. a. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 1. f. 195.









.Capitulum. *Eccli. 24. b.*

AB inítio et ante saécula creáta sum, † et usque ad futúrum saéculum non | désinam, * et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

*Hymnus.* Ave máris stélla. 944.

℣. Benedícta tu in muliéribus. ℟. Et benedíctus frúctus véntris túi.




*Cant.* Magnificat. 8. G. 204, *vel* 210.

**Oratio.**

FAmulis tuis, quaésumus Dómine, caeléstis grátiae munus impertíre : † ut quibus beátae Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, * Visitatiónis ejus votíva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

## 3. S. Leonis II. Papae et Confessoris. *Semid.*

**Oratio.**

DEus, qui beátum Leónem Pontíficem Sanctórum tuórum méritis coaequásti : † concéde propítius ; ut qui commemoratiónis ejus festa percólimus, * vitae quoque imitémur exémpla. Per Dóminum nostrum.

## 5. S. Antonii Mariae Zaccaria Confessoris. *Duplex.*

**Oratio.**

FAC nos, Dómine Deus, superemiténtem Jesu Christi sciéntiam, spíritu Pauli Apóstoli ediscere ; † qua beátus Antónius Maria mirabíliter erudítus, * novas in Ecclésia tua clericórum et vírginum famílias congregávit. Per eúmdem Dóminum nostrum.

**Ad Missam.**

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)









(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 7. (*sol-ré*)






(M.M. ♪ = 160.)










(M.M. ♪ = 144.)






(M.M. ♪ = 160.)




## 6. In Octava SS. Apost. Petri et Pauli. *Duplex maj.*

### In I. et II. Vesperis.




℣. Constítues éos príncipes super ómnem térram.
℟. Mémores érunt nóminis túi Dómine.

### Oratio.

DEus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur eréxit, et coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem de profúndo pélagi liberávit : † exáudi nos propítius, et concéde; * ut ambórum méritis aeternitátis glóriam consequámur : Qui vivis et regnas.

### Ad Missam.

*Introitus.* Sapiéntiam. 858.

(M.M. ♪ = 152.)



et non tán- get íl-los

tormén- tum ma-lí- ti-

ae. ℣. Ví-si sunt

ó- cu-lis insi-pi- énti- um

mó- ri : íl- li au-

tem * sunt in pá- ce.

(M.M. ♪ = 160.)

8. (*sol-do*) Al-le- lú- ia. * *ij.*

℣. Vos é- stis, qui

perman- sí- stis mé- cum in ten-



ta- ti- ó- ni- bus mé- ís : et é-

go dispó- no vó- bis ré- gnum, ut se- de-

á-

tis su- per thró- nos, ju- di- cán- tes du- ó-de- cim -

trí- bus * Is- ra- el.

*Offertorium.* Exsultábunt. 861, *sine* Allelúia.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 3. (*mi-do*) Justó-rum á-nimae * in má-nu Dé- i sunt, et non

tánget íl- los tormén- tum ma- lí- ti- ae :

ví- si sunt ó-cu- lis in-si-pi- én-ti- um mó- ri,

íl- li autem sunt in pá- ce.

## 7. SS. Cyrilli et Methodii Pont. et Conf. *Duplex.*

In I. Vesperis.




℣. Sacerdótes túi induántur justítiam. ℟. Et sáncti túi exsúltent.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Slavóniae gentes per beátos Confessóres tuos atque Pontífices Cyrillum et Methódium ad agnitiónem tui nóminis venire tribuísti : † praesta; ut quorum festivitáte gloriámur, * eórum consórtio copulémur. Per Dóminum nostrum.

Ad Missam.

*Introitus.* Sacerdótes túi. 876.

*Graduale et* Allelúia *e Missa* Sacerdótes túi. 877.

*Offertorium.* Mirábilis Déus. *sine* Allelúia. 857.

*Communio.* Quod dico vóbis. 865.

In II. Vesperis.




℣. Sacerdótes túi induántur justítiam. ℟. Et sáncti túi exsúltent.



## 8. S. Elisabeth Reginae Portugalliae, Viduae. *Semid.*

In I. Vesperis.




℣. Ora pro nóbis beáta Elísabeth.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

In II. Vesperis.




Oratio.

CLementíssime Deus, qui beátam Elísabeth regínam, inter céteras egrégias dotes, béllici furóris sedándi praerogatíva decorásti : † da nobis ejus intercessióne, post mortális vitae, quam suppliciter pétimus, pacem, * ad aetérna gáudia pervenire. Per Dóminum nostrum.

## 10. SS. Septem Fratrum Martyrum, ac Rufinae et Secundae Virginum et Martyrum. *Semid.*

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, * pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

## 11. S. Pii I. Papae et Martyris. *Simpl.*

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Pii Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

## 12. S. Joannis Gualberti Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

INtercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Joánnis Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

**Missa.** Os jústi. 890.

## *Eadem die.* SS. Naboris et Felicis Martyrum.

Oratio.

PRaesta, quaésumus Dómine : * ut sicut nos sanctórum Mártyrum tuórum Náboris et Felícis natalítia celebránda non déserunt; ita júgiter suffrágiis comiténtur. Per Dóminum.

## 13. S. Anacleti Papae et Martyris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Anacléti Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

## 14. S. Bonaventurae Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis, ad Magnif. Ant.* O Dóctor... beáte Bonaventúra. 879.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Bonaventúram minístrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

**Missa.** In médio Ecclésiae. 881, *praeter :*

Allelúia, allelúia. ℣. Jurávit Dóminus. 878.

*Offertorium.* Véritas méa. 893.

## 15. S. Henrici Imperatoris, Confessoris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui hodiérna die beátum Henrícum Confessórem tuum e terréni cúlmine impérii ad regnum aetérnum transtulísti : † te súpplices exorámus; ut sicut illum, grátiae tuae ubertáte praevéntum, illécebras saéculi superáre fecísti, * ita nos fácias ejus imitatióne mundi hujus blandiménta vitáre, et ad te puris méntibus pervenire. Per Dóminum nostrum.

## 16. Commem. B. M. V. de Monte Carmelo. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis.

*Ant.* Sáncta María. 941, *in cujus fine dicitur :* quicúmque célebrant † túam solémnem Commemoratiónem.

℣. Dignáre me laudáre te, Vírgo sacráta.
℟. Da míhi virtútem contra hóstes túos.



Oratio.

DEus, qui beatíssimae semper Vírginis et Genitrícis tuae Maríae singulári título Carméli Ordinem decorásti : † concéde propítius; ut cujus hódie Commemoratiónem solémni celebrámus offício, ejus muníti praesídiis, * ad gáudia sempitérna pervenire mereámur : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Missam.

(M.M. ♪ = 152).




*Graduale.* Benedícta. 949.

(M.M. ♪ = 160.)









## 17. S. Alexii Confessoris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Aléxii Confessóris tui ánnua solemnitáte laetificas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

## 18. S. Camilli de Lellis Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui sanctum Camíllum, ad animárum in extrémo agóne luctántium subsídium, singulári caritátis praerogativa decorásti : † ejus, quaésumus, méritis spíritum nobis tuae dilectiónis infúnde : * ut in hora éxitus nostri hostem vincere, et ad caeléstem mereámur corónam pervenire. Per Dóminum.

Ad Missam.




*Graduale.* Os jústi. 881.
Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir qui tímet. 894.
*Offertorium.* In virtúte túa. 895.



*Eadem die.* S. Symphorosae cum Septem Filiis ejus Mart.

Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Symphorósae et filiórum ejus natalítia cólere : * da nobis in aetérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

19. S. Vincentii a Paulo Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui ad evangelizándum paupéribus, et ecclesiástici órdinis decórem promovéndum, beátum Vincéntium apostólica virtúte roborásti : † praesta quaésumus; ut cujus pia mérita venerámur, * virtútum quoque instruámur exémplis. Per Dóminum.

**Missa.** Justus ut pálma. *de Conf. non Pont.*, 894.

20. S. Hieronymi Aemiliani Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus misericordiárum pater, per mérita et intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem et patrem esse voluísti : † concéde; ut spíritum adoptiónis, quo fílii tui nominámur et sumus; * fidéliter custodiámus. Per Dñum.

Ad Missam.











Allelúia, allelúia. ℣. Dispérsit, dédit paupéribus. 1185.




*Eadem die.* S. Margaritae Virginis et Martyris.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta Margaríta Virgo et Martyr implóret : * quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuae professióne virtútis. Per Dóminum nostrum.

21. S. Praxedis Virginis. *Simpl.*

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Praxédis Vírginis tuae festivitáte gaudémus ; * ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dñum.



22. S. Mariae-Magdalenae Paenitentis. *Duplex.*

In I. Vesperis.

*Omnia ut in II. Vesperis,* 1254, *praeter :*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum.




*Cant.* Magníficat. 7. a. 203, *vel* 209.

### Oratio.

BEátae Maríae Magdalénae, quaésumus Dómine, suffrágiis adjuvémur : † cujus précibus exorátus, * quatriduánum fratrem Lázarum vivum ab ínferis resuscitásti : Qui vivis et regnas.

### Ad Missam.

*Introitus.* Me exspectavérunt. 910.
*Graduale.* Dilexísti. 905.
Allelúia, allelúia. ℣. Diffúsa est. 1060.
*Offertorium.* Fíliae régum. 918.
*Communio.* Féci judícium. 914.

### In II. Vesperis.

*Si vero contigerit hoc Festum celebrari sub ritu I. vel II. classis, omnia dicuntur de Communi non Virginum*, 922, *praeter :*

(M.M. ♪ = 160.)









℣. Elégit eam Déus, et praeelégit eam.
℟. In tabernáculo súo habitáre fácit eam.




*Cant.* Magníficat. 8. G. 204, *vel* 210. — *Oratio.* Beátae Maríae Magdalénae. 1254.

## 23. S. Apollinaris Episcopi et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEus fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdótis tui martýrio consecrásti : † tríbue nobis, quaésumus, fámulis tuis; ut cujus venerándam celebrámus festivitátem, * précibus ejus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

Ad Missam.

*Introitus.* Sacerdótes Dei. **824.**
*Graduale.* Invéni Dávid. **821.**
Allelúia, allelúia. ℣. Jurávit Dóminus. **878.**
*Offertorium.* Véritas méa. **893.**
*Communio.* Dómine quínque talénta. **1050.**

*Eadem die.* S. Liborii Episcopi et Confessoris.

Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : * ut beáti Libórii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum nostrum.

## 24. S. Christinae Virginis et Martyris.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta Christína Virgo et Martyr implóret : * quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuae professióne virtútis. Per Dóminum nostrum.

## 25. SANCTI JACOBI APOSTOLI.

*Duplex II. Classis.*

**In Vesperis,** *omnia de Communi Apost.*, 805.

Oratio.

CAsto Dómine plebi tuae sanctificátor et custos : † ut Apóstoli tui Jacóbi munita praesídiis, * et conversatióne tibi pláceat, et secúra mente desérviat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

AD MISSAM.

*Introitus.* Mihi autem. **1044.**
*Graduale.* Constítues éos. **1217.**
Allelúia, allelúia. ℣. Ego vos elégi. **1194.**
*Offertorium.* In ómnem térram. **1063.**
*Communio.* Vos qui secúti. **1115.**



## 26. S. ANNAE MATRIS B. MARIAE VIRGINIS.

*Duplex II. Classis.*

**In I. et II. Vesperis,** *omnia de Communi non Virginum*, 922.

Oratio.

DEus, qui beátae Annae grátiam conférre dignátus es, ut Genitrícis unigéniti Fílii tui mater éffici mererétur : † concéde propítius; ut cujus solémnia celebrámus, * ejus apud te patrocíniis adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)




*Graduale.* Dilexísti. **905.**
Allelúia, allelúia. ℣. Diffúsa est. **1060.**
*Offertorium.* Fíliae régum. **918.**

(M.M. ♪ = 160.)




## 27. S. Pantaleonis Martyris.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut intercedénte beáto Pantaleóne Mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore. * et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

## 28. SS. Nazarii et Celsi Martyrum, Victoris I. Papae, Mart., ac Innocentii Papae, Conf. *Semid.*

Oratio.

SAnctórum tuórum nos, Dómine, Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii conféssio beáta commúniat : * et fragilitáti nostrae subsídium dignánter exóret. Per Dóminum nostrum.

## 29. S. Marthae Virginis. *Semid.*

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Marthae Virginis tuae festivitáte gaudémus; * ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dñum.

**Missa.** Dilexísti. 915.

*Eadem die.* SS. Martyrum Felicis et Sociorum.

Oratio.

PRaesta, quaésumus Dómine : ut, sicut pópulus christiánus Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis temporáli solemnitáte congáudet, ita perfruátur aetérna; * et quod votis célebrat, comprehéndat effectu. Per Dóminum.



## 30. SS. Abdon et Sennen Martyrum.

Oratio.

DEus, qui sanctis tuis Abdon et Sennen ad hanc glóriam veniéndi, copiósum munus grátiae contulísti : † da fámulis tuis suórum véniam peccatórum; * ut, sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereántur adversitátibus liberári. Per Dóminum.

## 31. S. Ignatii Confessoris. *Dupl. maj.*

Oratio.

DEus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti : † concéde; ut ejus auxílio et imitatióne certántes in terris,* coronári cum ipso mereámur in caelis. Per Dóminum.

Ad Missam.

(M.M. ♪ = 152.)



*Graduale.* Justus ut pálma. 891. — Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir. 892.
*Offertorium.* Véritas méa. 893.




## FESTA AUGUSTI.

# 1. Sancti Petri ad Vincula.

*Duplex majus.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 8. G. 145. — 2. Confitébor. 3. g. 148. — 3. Beátus vir. 8. c. 156. — 4. Laudáte púeri. 7. c 2. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 7. c. 175.

*Antiphonae, Capitulum, Hymnus et ℣. ut in II. Vesperis,* 1261.

*Ad Magnificat. Ant.* Tu es pástor. 1064. — *Oratio.* Deus, qui beátum Petrum. 1264.

*Et fit commemoratio S. Pauli. Ant.* Sáncte Páule. 1081. ℣. Tu es vas. — *Oratio.* Deus qui multitúdinem. 1223.

*Pro Commemoratione SS. Machabaeorum Martyrum. Ant.* Istórum est. 846. ℣. Laetámini.

Oratio.

FRatérna nos Dómine Mártyrum tuórum coróna laetificet : quae et fidei nostrae praébeat increménta virtútum, et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

AD MISSAM.

*Omnia ut in Festo SS. Petri et Pauli,* 1216, *praeter sequentia :*









IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 8. G. 145. — 2. Laudáte púeri. 3. g. 159. — 3. Crédidi. 8. c. 172. — 4. In converténdo. 7. c. 2. 180. — 5. Dómine probásti me. 7. c. 192.



2. Ant. 3. g (*mi-do*)

Pétrus qui- dem * serva- bá- tur in cárce- re :

o-rá-ti- o au- tem fi- é- bat si-ne intermis- si- ó-ne

ab Ecclé- si- a ad Dé- um pro é- o. E u o u a e.

3. Ant. 8. c (*sol-do*)

Dí-xit Ange- lus ad Pétrum : * Circúmda tí- bi

vestimén-tum tú- um, et sé-que-re me. E u o u a e.

4. Ant. 7. c 2 (*sol-ré*)

Mí- sit Dómi-nus * Ange-lum sú- um, et li-be-

rá- vit me de má-nu He- ró-dis, al- le- lú- ia.

E u o u a e.

5. Ant. 7. c (*sol-ré*)

Tu es Pétrus, * et su-per hanc pétram aedi-

fi-cá-bo Ecclé- si- am mé- am. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 12.*

Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. † Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judaéis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.



(M.M. ♪ = 160.)

Hymn. 4. (*mi-la*)

1. Mí- ris mó-dis re-pénte lí-ber, férre- a,

Chrí-sto ju-bén-te, víncla Pétrus éx-u- it : Oví- lis íl-

le pá- stor et ré- ctor gré- gis, Ví-tae re-clú- dit

páscu- a et fón-tes sá-cros, Ovésque sér-vat cré-di- tas,

ár- cet lú-pos. 2. Pátri per-én- ne sit per aévum gló-ri- a,

Ti-bí-que láu-des conci-námus íncly-tas, Aetérne Ná-

te : sit, su- pér-ne Spí- ri- tus, Hónor tí- bi de-cús-

que : sáncta jú-gi- ter Laudé-tur ómne Trí-ni-tas per

saécu-lum. A- men.

℣. Tu es Pétrus.
℟. Et super hanc pétram aedificábo Ecclésiam méam.

Ad Magnif. Ant. 4. E (*mi-la*)

Sól- ve * ju-bén-te Dé- o terrá-rum Pé-




*Cant.* Magníficat. 4. E. 201, *vel* 208.

Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Apóstolum, a vínculis absolútum, illaésum abíre fecísti: † nostrórum, quaésumus, absólve | vincula peccatórum; * et ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum nostrum.

*Commemoratio S. Pauli. Ant.* Sáncte Páule. 1081. ℣. Tu es vas. — *Oratio.* Deus qui multitúdinem. 1223.

---

## 2. S. Alphonsi Mariae de Ligorio Episc., Conf. et Ecclesiae Doctoris. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis. Ant.* O Dóctor... beáte Alphónse María. 879.

Oratio.

DEus, qui per beátum Alphónsum Maríam Confessórem tuum atque Pontíficem animárum zelo succénsum, Ecclésiam tuam nova prole foecundásti: † quaésumus; ut ejus salutáribus mónitis edócti et exémplis roboráti, * ad te pervenire felíciter valeámus. Per Dóminum nostrum.

Ad Missam.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)








℣. Ju- stí- ti- am tú- am non abscón-

di

in cór- de mé-

o: ve- ri- tá- tem tú-

am, et sa- lu- tá- re tú- um

* dí- xi.

(M.M. ♪ = 160.)

1. (*ré-la*) Al- le- lú- ia. * *ij.*

℣. I- pse est di- ré- ctus di- ví- ni- tus

in paeni- tén- ti- am gén- tis, et tú-



lit abomi-na- ti- ó-

nes impi- e- tá- tis: et gu-ber-

ná- vit ad Dó- mi-num cor i- psí- us: et in di-

é- bus pecca- tó- rum cor-ro- bo- rá-

vit * pi- e- tá- tem.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 4. (*mi-la*) Ho- nó- ra * Dó-

mi- num de tú- a substán- ti- a,

et de pri- mí- ti- is ó- mni-

um frú- gum tu- á- rum da é- i.




*Eadem die.* S. Stephani I. Papae et Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Stéphani Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : * concéde propítius ; ut cujus natalitia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

## 3. In Inventione Corporis S. Stephani Protomartyris. *Semid.*

*Omnia ut in die 26. Decembris*, 317, *praeter Orationem sequentem.*

Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine, imitári quod cólimus : ut discámus et inimícos dilígere : † quia ejus Inventiónem celebrámus, * qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit.



## 4. S. Dominici Confessoris. *Duplex maj.*

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui illumináre dignátus es méritis et doctrínis : † concéde ; ut ejus intercessióne temporálibus non destituátur auxíliis, * et spirituálibus semper proficiat increméntis. Per Dñum.

Ad Missam.

*Introitus.* Os jústi. 890.
*Graduale.* Justus ut pálma. 891.
Allelúia, allelúia. ℣. Justus germinábit. 883.
*Offertorium.* Véritas méa. 893.
*Communio.* Fidélis sérvus. 876.

## 5. In Dedicatione S. Mariae ad Nives. *Duplex maj.*

*In I. et II. Vesperis, omnia de Communi Festorum B. M. V.*, 941.
**Missa.** Sálve sáncta párens. 949.

## 6. TRANSFIGURATIO D. N. JESU CHRISTI.

*Duplex II. Classis.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 1273, *praeter :*




*Cant.* Magnificat. 4. E. 204, *vel* 210. — *Oratio.* Deus, qui fídei. 1276.

**Ad Completorium,** *Hymnus cantatur ut in Ascensione,* **652,** *et terminatur* Jésu tíbi sit glória. *sicut ad Vesperas,* **1275.**

AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)




(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 3. (*mi-do*)









(M.M. ♪ = 160.)

7. (*sol-re*)




(M.M. ♪ = 144.)




(M.M. ♪ = 160.)









IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 1. g. 141. — 2. Confitébor. 8. G. 150. — 3. Beátus vir. 4. E. 154. — 4. Laudáte púeri. 6. F. 160. — 5. Laudáte Dóminum. 3. g. 174.





et E- lí- as, loquéntes cum Jé- su. E u o u a e.

4. Ant. 6. F (*fa-la*)



Respón-dens autem Pé- trus, * dí- xit ad Jé-



sum : Dó-mi- ne bó- num est nos hic és-se.



E u o u a e.

5. Ant. 3. g (*mi-do*)



Adhuc é- o lo-quén-te, * ecce nú-bes lú-ci-



da ob- um-brá-vit é- os. E u o u a e.

**Capitulum.** *Philipp. 3. d.*

SAlvatórem exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, † qui reformábit corpus humilitátis nostrae, * configurátum córpori claritátis suae.

(M.M. ♪ = 152.)

Hymn. 4. (*mi-la*)



1. Qui- cúm- que Chrí- stum quaé- ri- tis, Oc*cu-*



los in ál- tum tól-li-te : Il- lic li- cé-bit ví- se-re



Sígnum per-én-nis gló- ri- ae. 2. Il-lú- stre quíd-dam



cér- nimus, Quod né-sci- at fí-nem pá- ti : Sú- bli-





me, cél*sum,* in-tér-mi-num, Antí- qui- us caé-*lo* et chá- o.



3. Hic íl- le Rex est gén- ti- um, Po-p*u-* lí-que Rex Ju-



dá- i- ci, Pro- míssus Abra-hae pátri, E-júsqu*e* in



aé- vum sé- mi-ni. 4. Hunc et prophé- tis té- sti-bus,



I*s*démque si-gna-tó-ri-bus, Te- stá-tor et Pá- ter jú-



bet Audí- re nos et cré- de-re. 5. Jé-su tí-bi sit



gló- ri- a, Qui te re-vé- las párvu-lis, Cum Pátr*e* et ál-



mo Spí- ri-tu, In sempi-tér-na saé- cu-la. A- men.

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

Ad Magnif. Ant. 8. G (*sol-do*)



Et audi- én-tes * di- scí- pu-li, ce-ci-dé-



runt in fá- ci- em sú- am, et timu- é-runt valde : et ac-




*Cant.* Magníficat. 8. G. 204, *vel* 210.

**Oratio.**

DEus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne, patrum testimónio roborásti, et adoptiónem filiórum perféctam voce delápsa in nube lúcida mirabíliter praesignásti : † concéde propítius : ut ipsíus Regis glóriae nos cohaerédes efficias, * et ejúsdem glóriae tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

## 7. S. Cajetani Confessoris. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis, ad Magnificat.




*In I. Vesperis :* ℣. Amávit éum. — *In II. Vesperis :* ℣. Jústum dedúxit.

**Oratio.**

DEus, qui beáto Cajetáno Confessóri tuo apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti : † da nobis ejus intercessióne et exémplo in te semper confídere, * et sola caeléstia desideráre. Per Dóminum nostrum.

**Missa.** Os jústi. 890.

*Eadem die.* S. Donati Episcopi et Martyris.

**Oratio.**

DEus tuórum glória sacerdótum : * praesta quaésumus ; ut sancti Mártyris tui et Epíscopi Donáti, cujus festa gérimus, sentiámus auxílium. Per Dóminum.



## 8. SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi Martyrum. *Semid.*

**Oratio.**

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Cyríaci, Largi et Smarágdi solemnitáte laetíficas : † concéde propítius ; ut quorum natalítia cólimus, * virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

## 9. S. Romani Martyris. *Simpl.*

**Oratio.**

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut intercedénte beáto Román Mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

## 10. SANCTI LAURENTII MARTYRIS.

*Duplex II. Classis cum Octava simplici.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Díxit Dóminus. 1. f. 141. — 2. Confitébor. 8. G. 150. — 3. Beátus vir. 8. G. 156. — 4. Laudáte púeri. 7. c. 2. 160. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 175.

*Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis*, 1280.

℣. Glória et honóre coronásti éum Dómine.
℟. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.




*Cant.* Magníficat. 8. G. 204, *vel* 210. — *Oratio.* Da nobis. 1282.

## AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)



Con-féssi- o * et pulchri- tú- do



in conspé- ctu é- jus : sáncti- tas



et ma-gni- fi-cén- ti- a in san-



cti- fi-ca- ti- ó- ne é- jus. *Ps.* Cantá- te Dó-



mi-no cánti-cum nó- vum : * can-tá- te Dómi-no ó-



mnis térra. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

(M.M. ♪ = 152).

Grad. 5. (*fa-do*)



Pro-bá- sti, * Dó- mi- ne,



cor mé- um,



et vi- si-tá- sti nó-



cte.





℣. I-gne me ex-ami-ná-



sti, et non est in-vén-



ta in me * in-í- qui- tas.



(M.M. ♪ = 160.)

7. (*sol-re*)



Alle- lú- ia. * *ij.*



℣. Le- ví-



ta Laurén- ti- us bó- num ó- pus



o- pe- rá-



tus est : qui per sí- gnum crú-



cis caé- cos * il-lu- mi-ná- vit.



(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 4. (*mi-la*)



Conféssi- o * et pul- chri- tú-do



in conspé- ctu é-



jus: sáncti-tas et ma- gni- fi- cén-



ti- a in sanc-ti- fi- ca- ti- ó-



ne é- jus.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 5. (*fa-do*)



Qui mí- hi mi- ní- strat * me se-quá- tur:



et u-bi é- go sum, il-lic



et mi-ní- ster mé- us é- rit.

IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Díxit Dóminus. 1. f. 141. — 2. Confitébor. 8. G. 150. — 3. Beátus vir. 8. G. 156. — 4. Laudáte púeri. 7. c 2. 160. — 5. Crédidi. 8. G. 172.

1. Ant. 1. f (*ré-la*)



Laurénti- us * ingrés- sus est: márty-res confés-





si sunt nómen Dó- mi-ni Jé-su Christi. E u o u a e.

2. Ant. 8. G (*sol-do*)



Laurénti- us * bó-num ópus o-pe- rá- tus est,



qui per sígnum crú- cis caé-cos il-lu-mi-ná-vit. E u o u a e.

3. Ant. 8. G (*sol-do*)



Adhaésit * á- nima mé- a post te, qui- a cá-



ro mé- a ígne cremá-ta est pro te, Dé- us mé- us.



E u o u a e.

4. Ant. 7. c 2 (*sol-ré*)



Mí- sit Dómi-nus * Ange-lum sú- um, et li-be-



rá- vit me de mé-di- o ígnis, et non sum aestu-



á- tus. E u o u a e.

5. Ant. 8. G (*sol-do*)



Be- á- tus Lau-rén-ti- us * o- rá- bat dí-cens:




Capitulum. *2. Cor. 9. b.*

FRatres : Qui parce séminat, parce et metet : † et qui séminat in benedictió- | nibus, * de benedictiónibus et metet.

*Hymnus.* Déus tuórum mílitum. 817.

℣. Levíta Lauréntius bónum ópus operátus est.
℟. Qui per signum crúcis caécos illumináuit.

Ad Magnif. Ant. 8. G *(sol-do)*




*Cant.* Magníficat. 8. G. 204, *vel* 210.

**Oratio.**

DA nobis, quaésumus omnípotens Deus : † vitiórum nostrórum flammas exstínguere; * qui beáto Lauréntio | tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum.



## 11. SS. Tiburtii et Susannae Martyrum. *Simpl.*

**Oratio.**

SAnctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii et Susánnae nos, Dómine, fóveant continuáta praesídia : * quia non désinis | propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum nostrum.

## 12. S. Clarae Virginis. *Duplex.*

**Oratio.**

GXáudi nos, Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Clarae Virginis | tuae festivitáte gaudémus; * ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dñum.

**Missa.** Dilexísti. 915.

## 13. SS. Hippolyti et Cassiani Martyrum. *Simpl.*

**Oratio.**

DA, quaésumus omnípotens Deus : * ut beatórum Mártyrum tuórum Hippólyti et Cassiáni veneránda solémnitas | et devotiónem nobis aúgeat, et salútem. Per Dóminum.

## 14. S. Eusebii Confessoris. *Simpl.*

**Oratio.**

DEus, qui nos beáti Eusébii Confessóris tui ánnua solemnitáte laetíficas : * concéde propítius; ut cujus | natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

DIE 15. AUGUSTI.

# IN ASSUMPTIONE B. M. V.

*Duplex I. Classis cum Octava communi.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 1287, *praeter :*

Ad Magnif. Ant. 1. f *(ré-la)*





lú- na, e- lé- cta ut sol. E u o u a e.

*Cant.* Magníficat. 1. f. 199, *vel* 205. — *Oratio.* Famulórum tuórum. 1289.

**Ad Completorium,** *Hymnus terminatur :* Jésu, tíbi sit glória, *et cantatur in tono B. M. V. per totam Octavam :*

AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 1. (*ré-la*)



Gáu- de- á- mus * ómnes in Dó- mi-



no, dí- em féstum ce- le- brán-tes sub honó-



re Ma-rí- ae Vírgi- nis : de cú- jus Assumpti- So- le-mni-



ó- ne gáu-dent An- ge- li, et col- tá- te



láu- dant Fí- li- um Dé- i. *Ps.* E-



ru-ctá-vit cor mé- um vér-bum bó- num : * dí- co é-



go ó-pe-ra mé- a ré- gi. Gló-ri- a Pátri.



E u o u a e.



(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 3. (*fa-do*)



Prop-ter ve-ri- tá- tem, * et man-su- e-tú-



di- nem, et ju-stí- ti- am :



et de- dú-cet te mi- ra-



bí- li- ter déx- te-ra



tú- a. ℣. Au-di fí-



li- a, et ví- de,



et in-clí-na áu- rem tú- am :



qui- a concu- pí- vit rex *



spé- ci- em tú- am.

(M.M. ♪ = 160.)

5. (*do-sol*)



Al- le- lú- ia. * *ij.*

℣. As-súmpta est Ma- rí- a in caé- lum: gáudet ex- ér- ci- tus * Angelórum.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 8. (*sol-do*)

As-súm- pta est * Ma- rí- a in caé- lum: gáudent Ange- li, collau-dán- tes be-ne- dí- cunt Dó- mi- num, al- le- lú- ia.



(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 8. (*sol-do*)

O-ptimam pár- tem * e- lé- git sí- bi Ma- rí- a, quae non au-fe- ré- tur ab é- a in ae- tér- num.

IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 7. a. 144. — 2. Laudáte púeri. 8. G. 161. — 3. Laetátus sum. 4. A*. 178. — 4. Nisi Dóminus. 7. c 2. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 1. g 2. 195.

1. Ant. 7. a (*sol-ré*)

Assúmpta est Ma-rí- a in caé- lum * gáudent Ange- li, lau-dán-tes be- ne-dí-cunt Dómi-num. E u o u a e.

2. Ant. 8. G (*sol-do*)

Ma-rí- a Vír- go assúmpta est * ad aethé-re- um thá- lamum, in quo Rex ré-gum stel-lá-to sé- det só- li- o. E u o u a e.

3. Ant. 4. A* (*la-ré*)

In o-dó- rem * unguentó-rum tu- ó-rum cúrri-



mus : a- do-lescéntu-lae di-le-xé- runt te ni-mis.



E u o u a e.

4. Ant. 7. c 2 (*sol-ré*)



Be- ne-dí- cta * fí- li- a tu a Dómi-



no : qui- a per te frú- ctum ví- tae commu- ni-cá-vimus.



E u o u a e.

5. Ant. 1. g 2 (*ré-la*)



Púlchra es * et de-có-ra, fí- li- a Je-rú-sa-



lem : ter- rí- bi- lis ut castró-rum á-ci- es ordi-



ná-ta. E u o u a e.

**Capitulum.** *Eccli. 24.*

IN ómnibus réquiem quaesívi, et in haereditáte Dómini morábor. † Tunc praecépit, et dixit mihi Creátor ómnium: * et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

*Hymnus.* Ave máris stélla. 944.



℣. Exal-tá- ta est sáncta Dé- i Gé- ni- trix.





℟. Su-per chó-ros Ange-ló- rum ad caelé-



sti- a ré-gna.

Ad Magnif. Ant. 8. G* (*sol-do*)



Hó-di- e * Ma- rí- a Vírgo caé-los



a- scéndit : gau- dé- te, qui- a cum Chrí-sto régnat



in ae- térnum. E u o u a e.

*Cant.* Magnificat. 8 G*. 204, *vel* 210.

**Oratio.**

FAmulórum tuórum, quaésumus Dómine, delíctis ignósce : † ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus ; * Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur : Qui tecum vivit et regnat.

*Commem. sequentis. Ant.* Laudémus. **1292.** ℣. Pótens.

¶ *Si Festum Assumptionis venerit in Sabbato fit Commemoratio Dominicae sequentis ut infra :*

Ant. 8. G (*sol-do*)



O- mnis sa-pi- én-ti- a * a Dó- mi- no Dé-



o est, et cum íl-lo fú- it sem- per, et



est an-te aé-vum.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia túa.

*Oratio de Dominica.*

# 16. S. JOACHIM, PATRIS B. MARIAE V., Conf.

*Duplex II. Classis.*

**In I. Vesperis** *(si dicendae sint), omnia ut in II. Vesperis,* 1292.

AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)






















(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 2. (*la-do*)
































(M.M. ♪ = 160.)

1. (*ré-la*)






*Offertorium.* Glória et honóre. 829.
*Communio.* Fidélis sérvus. 876.

IN II. VESPERIS.

*Omnia de Communi Confessoris non Pontificis*, 884, *praeter :*
*In hymno* Iste Confessor, *dicitur :* Hac die laétus méruit supremos.
℣. Pótens in térra érit sémen éjus. ℟. Generátio rectórum benedicétur.









*Cant.* Magníficat. 8. G. 204, *vel* 210.

**Oratio.**

DEus, qui prae ómnibus sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Fílii tui patrem esse voluísti : † concéde quaésumus; ut cujus festa venerámur, * ejus quoque perpétuo patrocínia sentiámus. Per eúmdem Dóminum.

## 17. S. Hyacinthi Confessoris. *Duplex.*

**Oratio.**

DEus, qui nos beáti Hyacínthi Confessóris tui ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

**Missa.** Os jústi. 890.

## *Eadem die.* Octava S. Laurentii Martyris.

*Ant. et* ℣℣. *ut in Festo*, 1277.

**Oratio.**

EXcita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Lauréntius Levíta servívit : † ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, * et ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum nostrum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

## 18. S. Agapiti Martyris. *Simpl.*

**Oratio.**

LAetétur Ecclésia tua, Deus, beáti Agapíti Mártyris tui confísa suffrágiis : * atque ejus précibus gloriósis et devóta permáneat, et secúra consístat. Per Dóminum.

## 20. S. Bernardi Abbatis et Eccl. Doct. *Duplex.*

*In I. et II. Vesperis. Ant.* O Dóctor... beáte Bernárde. 879.

**Oratio.**

DEus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Bernárdum minístrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

**Missa.** In médio. 881.

http://ccwatershed.org

## 21. S. Joannae Franciscae Fremiot de Chantal Vid. *Duplex.*

Oratio.

OMnípotens et miséricors Deus, qui beátam Joánnam Franciscam tuo amóre succénsam, admirábili spíritus fortitúdine per omnes vitae sémitas in via perfectiónis donásti, quique per illam illustráre Ecclésiam tuam nova prole voluísti : † ejus méritis et précibus concéde; ut qui infirmitátis nostrae cónscii de tua virtúte confídimus, * caeléstis grátiae auxílio cuncta nobis adversántia vincámus. Per Dóminum.

**Missa.** Cognóvi. 929.

## 22. Octava Assumptionis B. M. V. *Duplex maj.*

*Omnia ut in Festo*, 1283.

*Eadem die.*

SS. Timothei, Hippolyti et Symphoriani Mart.

Oratio.

AUxílium tuum nobis, Dómine, quaésumus, placátus impénde : * et, intercedéntibus beátis Martýribus tuis Timótheo, Hippólyto et Symphoriáno, déxteram super nos tuae propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

## 23. S. Philippi Benitii Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui per beátum Philippum Confessórem tuum exímium nobis humilitátis exémplum tribuísti : † da fámulis tuis próspera mundi ex ejus imitatióne despícere, * et caeléstia semper inquírere. Per Dóminum.

**Missa.** Justus ut pálma. 894.

## 24. S. BARTHOLOMAEI APOSTOLI.

*Duplex II. Classis.*

**In Vesperis,** *omnia de Communi Apostolorum*, 805.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam sanctámque laetítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomaéi festivitáte tribuísti : † da Ecclésiae tuae, quaésumus; et amáre quod crédidit, * et praedicáre quod dócuit. Per Dóminum nostrum.

AD MISSAM.

*Introitus.* Míhi autem. 1044.

*Graduale.* Constítues éos. 1217.

(M.M. ♪ 160.)









*Offertorium.* Míhi autem. 1045.

(M.M. ♪ = 160.)




## 25. S. Ludovici Francorum Regis, Conf. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui beátum Ludovícum Confessórem tuum de terréno regno ad caeléstis regni glóriam transtulísti : † ejus quaésumus méritis et intercessióne, * Regis regum Jesu Christi Fílii tui fácias nos esse consórtes. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

**Missa.** Os justi. 890.

## 26. S. Zephyrini Papae et Martyris. *Simpl.*

### Oratio.

DEus, qui in corde beáti Andréae Confessóris tui, per árduum quotídie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te ascensiónes dispósuísti : † concéde nobis, ipsíus méritis et intercessióne, ita ejúsdem grátiae partícipes fíeri; * ut perfectióra semper exsequéntes, ad glóriae tuae fastígium felíciter perducámur. Per Dóminum.

**Missa.** Os jústi. *de Communi Confessoris non Pontificis*, 890.

*Eadem die.*

SS. Tryphonis, Respicii et Nymphae Martyrum.

Oratio.

FAC nos, quaésumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Tryphónis, Respícii et Nymphae semper festa sectári : * quorum suffrágiis protectiónis tuae dona sentiámus. Per Dóminum nostrum.

---

## 11. S. Martini Episcopi et Confessoris. *Duplex.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Díxit Dóminus. 7. a. 144. — 2. Confitébor. 7. c. 150. — 3. Beátus vir. 8. G. 156. — 4. Laudáte púeri. 7. a. 160. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 175.

*Antiphonae ut in II. Vesperis*, 1371.

*Capitulum.* Ecce sacérdos. *Hymnus.* Iste Conféssor. 867.

℣. Amávit éum Dóminus, et ornávit éum.
℟. Stólam glóriae índuit éum.

Ad Magnif. Ant. 2. D (*ré-fa*)









*Cant.* Magníficat. 2. D. 200, *vel* 206. — *Oratio.* Deus, qui cónspicis. 1373.

AD MISSAM.

*Introitus.* Státuit. 873.
*Graduale.* Ecce sacérdos mágnus. 874.









*Offertorium.* Véritas méa. 893.
*Communio.* Beátus sérvus. 893.

IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 7. a. 144. — 2. Confitébor. 7. c. 150. — 3. Beátus vir. 8. G. 156. — 4. Laudáte púeri. 7. a. 160. — 5. Memento. 8. G. 185.



3. Ant. 8. G (*sol-do*)










4. Ant. 7. a (*sol-ré*)










5. Ant. 8. G (*sol-do*)













*Capitulum.* Ecce sacérdos. *Hymnus.* Iste Confessor. 867.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vías réctas.
℟. Et osténdit illi régnum Déi.



Ad Magnif. Ant. 1. D (*ré-la*)



















*Cant.* Magnificat. 1. D. 199, *vel* 205.

Oratio.

DEus, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : † concéde propítius; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis, * contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

*Eadem die.* S. Mennae Martyris.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Mennae Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per.

---

12. S. Martini I. Papae et Martyris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Martíni Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

## 13. S. Didaci Confessoris. *Semid.*

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quaeque confúndas : † concéde propítius humilitáti nostrae; ut piis beáti Dídaci Confessóris tui précibus, * ad perénnem in caelis glóriam sublimári mereámur. Per Dóminum.

## 14. S. Josaphat Episcopi et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

EXcita, quaésumus Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus ánimam suam pro óvibus pósuit : † ut, eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu moti ac roboráti, * ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Ad Missam.

(M.M. ♪ = 152.)






*Graduale.* ℣. éni Dávid. 821. — Allelúia, allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 875.

(M.M. ♪ = 144.)




(M.M. ♪ = 160.)




## 15. S. Gertrudis Virginis. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui in corde beátae Gertrúdis Vírginis jucúndam tibi mansiónem praeparásti : † ipsíus méritis et intercessióne cordis nostri máculas cleménter abstérge, * et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

**Missa.** Dilexísti. *de Communi Virginum*, **915.**

## 17. S. Gregorii Thaumaturgi Episc. et Conf *Semid.*

Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti Gregórii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

## 18. In Dedicatione Basilicarum SS. Petri et Pauli Apostolorum. *Duplex maj.*

*Omnia de Communi Dedicationis Ecclesiae*, 937.

## 19. S. Elisabeth Viduae. *Duplex.*

Oratio.

TUórum corda fidélium Deus miserátor illústra : † et beátae Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere; * et caelésti semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

**Missa.** Cognóvi. *de Communi non Virginum*, 929.

*Eadem die.* S. Pontiani Papae et Martyris.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriae actiónis gravat, beáti Pontiáni Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

## 20. S. Felicis de Valois Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui beátum Felícem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos caélitus vocáre dignátus es : † praesta quaésumus; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitáte, ejus intercessióne liberáti, * ad caeléstem pátriam perducámur. Per Dóminum nostrum.

**Missa.** Justus. *de Communi Confessoris non Pontificis*, 894.

## 21. In Praesentatione B. Mariae Virginis. *Duplex maj.*

*Omnia ut in Festis B. M. V.*, 941, *praeter :*

In I. et II. Vesperis.












Oratio.

DEus, qui beátam Maríam semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo praesentári voluísti : † praesta quaésumus : ut ejus intercessióne, * in templo glóriae tuae praesentári mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti.

**Missa.** Sálve sáncta párens. 949.

## 22. S. Caeciliae Virginis et Martyris. *Duplex.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi et Antiphonae ut in II. Vesperis*, 1379. *Capitulum et Hymnus de Communi Virginum*, 900.

℣. Spécie túa et pulchritúdine túa. ℟. Inténde, próspere procéde, et régna.













*Cant.* Magníficat. 4. E. 201, *vel* 208. — *Oratio.* Deus, qui nos. 1381.

AD MISSAM.

*Introitus.* Loquébar. 904.

(M.M. ♪ = 152.)









Allelúia, allelúia. ℣. Quínque prudéntes. 1073.

*Offertorium.* Afferéntur Régi. 909.

*Communio.* Confundántur. 909.

IN II. VESPERIS.

*Ps.* 1. Dixit Dóminus. 1. g. 141. — 2. Laudáte púeri. 7. a. 160. — 3. Laetátus sum. 3. a 2. 177. — 4. Nisi Dóminus. 8. G. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 4. E. 197.






*Capitulum, Hymnus et* ℣. *de Communi Virginum*, 900.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum.









*Cant.* Magníficat. 2. D. 200, *vel* 206.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátae Caecíliae Vírginis et Mártyris tuae solemnitáte laetíficas : † da, ut quam venerámur offício, * étiam piae conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

---

## 23. S. Clementis I. Papae et Martyris. *Duplex.*

In I. Vesperis.




℣. Glória et honóre coronásti éum Dómine.
℟. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártyris tui atque Pontíficis solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

Ad Missam.






*Graduale.* Jurávit Dóminus. 1118.

Allelúia, allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 875.

*Offertorium.* Véritas méa. 893.

*Communio.* Beátus sérvus. 893.

In II. Vesperis.









℣. Justus ut pálma florébit.
℟. Sicut cédrus Líbani multiplicábitur.

*Eadem die.* S. Felicitatis Martyris.

Oratio.

PRaesta, quaésumus, omnípotens Deus : * ut beátae Felicitátis Mártyris tuae solémnia recensántes, méritis ipsíus protegámur, et précibus. Per Dóminum nostrum.

---

24. S. Joannis a Cruce Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui sanctum Joánnem Confessórem tuum perféctae sui abnegatiónis et crucis amatórem exímium effecísti : † concéde, ut ejus imitatióni júgiter inhaeréntes, * glóriam assequámur aetérnam. Per Dóminum.

**Missa.** Os justi. *de Communi Confessoris non Pontificis*, 890.

*Eadem die.* S. Chrysogoni Martyris.

Oratio.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris : † ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni Mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum.

---

25. S. Catharinae Virginis et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui dedísti legem Móysi in summitáte montis Sínai, et in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátae Catharínae Vírginis et Mártyris tuae mirabíliter collocásti : † praesta, quaésumus; ut ejus méritis et intercessióne, * ad montem qui Christus est, pervenire valeámus : Qui tecum.

**Missa.** Loquébar. 904.

---

26. S. Silvestri Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

CLementíssime Deus, qui sanctum Silvéstrum Abbátem, saéculi hujus vanitátem in apérto túmulo pie meditántem, ad erémum vocáre, et praecláris vitae méritis decoráre dignátus es : † te súpplices exorámus; ut ejus exémplo terréna despiciéntes, * tui consórtio perfruámur aetérno. Per Dóminum.

**Missa.** Os justi. *de Communi Abbatum*, 896.

*Eadem die.* S. Petri Alexandrini Episcopi et Martyris.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriae actiónis gravat, beáti Petri Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

# IN FESTO SANCTAE JOANNAE DE ARC, VIRG.

(Pro Gallia).

*Duplex II. Classis.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 1391, *praeter :*

(M.M. ♪ = 160.)

Hymn. 3. *(mi-do)*



1. Stat cúltrix ví-gi- lans páupe-ris hórtu-li, Annó-



rum tré-de-cim párvu-la, nil scí- ens, Prímas dó- cta pré-



ces, prae só-ci- is pí- a, Símplex, mí- tis et ínno-cens.



2. O-rántem Mícha- el Ange-lus é-do-cet, Quam clá-rae



pá-ri- li . lúmi-ne vírgi-nes, Virtú-tum mé- ri- tis con-



spí-cu-ae simul, Cré- bris allóqui- is fó-vent. 3. Dum vó-



ces sú-pe-ras éxci-pit, éxpa-vet : Sed fí-dens Dómi-no,





fórti- or in dí- es, Pá-rens impé-ri- is, pro pátri- a lí-



bens, Cá- stam se vó-vet hósti- am. 4. Mox dúlces só- ci-



as et pá-tri- am dómum, Et cum má-tre pá-trem jús-



sa re-línque-re, Mí- les fá- cta Dé- i, quo vó-cat Ange-



lus, Fér- tur nil tré-pi-dans éques. 5. Qui térras stá-tu- it,



gló- ri- a sit Pátri : Qui géntes réd- i-mit, gló- ri- a Fí- li-



o : Sáncto Spi- rí-tu- i gló- ri- a, qui pí- as Et



fórtes á-nimas fá-cit. A- men.

℣. Méritis et précibus beátae Joánnae. Allelúia.
℟. Propítius ésto, Dómine, pópulo túo. Allelúia.

Ad Magnif. Ant. 8. G *(sol-do)*



Haec est Jo- án-na * Vír- go Aure- li- a-




*Cant.* Magníficat. 8. G. 204, *vel* 210. — *Oratio.* Deus, qui beátam. 1394.

AD MISSAM.











*Extra Tempus Paschale :*

(M.M. ♪ = 152.)









(M.M. ♪ = 160.)



(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 8. (*sol-do*)




(M.M. ♪ = 160).

Comm. 4. (*mi-la*)






## IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Díxit Dóminus. 8. G. 145. — 2. Laudáte púeri. 7. a. 160. — 3. Laetátus sum. 8. c. 179. — 4. Nisi Dóminus. 1. f. 181. — 5. Láuda Jerúsalem. 3. a 2. 196.

1. Ant. 8. G (*sol-do*)




2. Ant. 7. a (*sol-ré*)




3. Ant. 8. c (*sol-do*)











**Capitulum.** *Sap. 8. v. 9.*

PRopósui sapiéntiam addúcere mihi ad convivéndum : † sciens quóniam mecum communicábit de bonis, et erit allocútio cogitatiónis et taédii mei. * Habébo, propter hanc, claritátem ad turbas, et honórem apud senióres júvenis.

(M.M. ♪ = 160.)



Vírgi-num Ascrípta, cí-ves ádju-va : Te de-pre-cánte,



síngu-lis Dé- tur co- ró- na gló- ri- ae. 5. Sit laus Pátri,



sit Fí- li- o : Sáncto dé-cus Pa- rácli-to, Qui córd*a* amó-



re sáuci- at, Ví- res et áu-get lángui-dis. A- men.

℣. Méritis et précibus beátae Joánnae. Allelúia.
℟. Propítius ésto, Dómine, pópulo túo. Allelúia.

Ad Magnif. Ant. 8. G (*sol-do*)



Jo- án-na, * spón-sa Chrí- sti, tú- trix



et cú- stos pátri- ae, é- sto tú- is fámu- lis mú-



rus in-expugná-bi- lis, assí- du- is † suf-frá- gi- is, al-



le- lú- ia. E u o u a e. † suf-frá- gi- is.

*Cant.* Magnificat. 8. G. 204, *vel* 210.

Oratio.

DEus, qui beátam Joánnam Vírginem ad fidem ac pátriam tuéndam mirabíliter suscitásti : † da, quaésumus, ejus intercessióne; * ut Ecclésia tua, hóstium superátis insídiis, perpétua pace fruátur. Per Dóminum.

# APPENDIX.

## PRO GRATIARUM ACTIONE.

**Tonus solemnis.**

(M.M. ♪ = 160.)

Hymn. 3. (*mi-do*)



Te Dé- um lau-dá- mus: * te Dó- mi-num con-



fi- té- mur. Te ae-térnum Pá- trem ómnis tér-



ra ve-ne- rá- tur. Tí- bi ómnes An-ge- li, tí-



bi Caé-li et u-ni-vérsae Pot-e- stá- tes : Tí- bi



Ché-ru-bim et Sé- ra-phim inces- sá-bi- li vó-ce pro-



clá- mant : Sán- ctus : Sán- ctus : Sán- ctus



Dómi-nus Dé- us Sá-ba- oth. Plé- ni sunt caé-li et tér-



ra ma-je- stá-tis gló-ri- ae tú- ae. Te glo-ri- ó-


sus. Aposto-ló-rum chó- rus: Te Prophe-tá- rum lau-
dá-bi- lis nú-me- rus: Te Márty-rum candi-dá- tus láudat
ex- érci- tus. Te per órbem terrá- rum sáncta confi-
té-tur Ecclé-si- a: Pá- trem imménsae ma-je-
stá- tis: Ve- ne- rándum tú- um vé- rum, et ú-ni-
cum Fí- li- um: Sán- ctum quo-que Pa-rácli-tum Spí-
ri- tum. Tu Rex gló- ri- ae, Chrí-ste. Tu Pá- tris
sempi- tér-nus es Fí- li- us. Tu ad li-be-rándum susce-
ptú-rus hó- mi- nem, non hor- ru- í-sti Vír- gi-nis ú-te-
rum. Tu de- vícto mórtis a-cú- le- o, a-pe- ru- í-
sti cre-dénti-bus ré-gna cae- ló-rum. Tu ad déxte-ram




Dé- i sé- des, in gló- ri- a Pá-tris. Jú- dex cré- de-
ris és- se ven-tú-rus. Te er-go quaésumus, tú- is fá-
mu-lis súb- ve- ni, quos pre- ti- ó-so sánguine red-e-
mí-sti. Ae-tér- na fac cum sánctis tú- is in gló-ri- a
nume-rá- ri. Sálvum fac pó-pu-lum tú- um Dómi-
ne, et bé- ne-dic he-re- di-tá-ti tú- ae. Et
ré- ge é- os, et ex-tól- le íl-los usque in ae-tér-
num. Per sín-gu-los dí- es, be-ne- dí- ci- mus te.
Et lau-dámus nómen tú- um in saé- cu- lum, et in
saé-cu-lum saé-cu-li. Digná- re Dómi-ne dí- e í-
sto si-ne peccá-to nos custo- dí- re. Mi-se- ré- re

nóstri Dó- mi- ne, mi-se- ré-re nóstri. Fí- at mi-

se-ri-córdi- a tú- a Dómi-ne su- per nos, quemádmodum

spe-rá- vimus in te. In te Dó- mi-ne spe- rá-

vi: non con-fún-dar in ae- tér- num.

**Tonus simplex.**

(M.M. ♪ = 160).

3. (*mi-do*)

Te Dé- um lau-dá- mus: * te Dómi-num

confi-témur. Te ae-térnum Pá- trem ómnis tér-ra vene-

rá-tur. Tí-bi ómnes An-ge-li, tí-bi caé-li et u-ni-vérsae

Pot-está- tes: Tí-bi Ché-ru-bim et Sé- raphim incessá-

bi-li vó-ce proclámant: Sán- ctus: Sán- ctus:

Sán- ctus Dómi-nus Dé- us Sá-ba- oth. Plé-ni sunt caé-



li et tér- ra, ma-jestá-tis gló- ri-ae tú- ae. Te glo-ri-

ó- sus Aposto-ló-rum chó- rus: Te prophe- tá- rum

laudá-bi- lis núme-rus: Te márty-rum candi-dá- tus láu-

dat ex-érci- tus. Te per órbem ter-rá- rum sáncta con-

fi-té-tur Ecclé- si- a: Pá- trem imménsae ma-je-

stá-tis: Ve-ne-rándum tú- um vé- rum et ú-ni-cum Fí- li-

um: Sánctum quoque Pa-rácli-tum Spí- ri-tum.

Tu Rex gló- ri- ae, Chrí-ste. Tu Pá-tris sempi- térnus es

Fí- li- us. Tu ad li-be-rándum susceptú-rus hó- mi-nem,

non horru- í-sti Vírgi-nis ú-te-rum. Tu de-vícto mórtis a-

cú- le- o, a-pe-ru- í-sti cre-dénti-bus régna cae-ló- rum.









℣. Benedicámus Pátrem et Fílium cum Sáncto Spíritu.[1]
℟. Laudémus et superexaltémus éum in saécula.
℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto caéli.
℟. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saécula.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam.
℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cujus misericórdiae non est número, et bonitátis infínitus est thesáurus : † piíssimae majestáti tuae pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; * ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad praémia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## Ad invocandum Spiritum Sanctum.

(M.M. ♪ = 144.)




[1] *His* ℣℣. et ℟℟. *Tempore Paschali non additur* Allelúia.



rum, géntes in ú-ni-tá- te fí-de- i congre- gá-sti.

*Hymnus*. Véni Creátor. 672.

℣. Emítte Spíritum túum, et creabúntur. ℟. Et renovábis fáciem térrae.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

## Processio ad petendam pluviam.

*Aguntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus*, 643, *usque ad finem Litaniarum, et post* ℣. Ut ómnibus fidélibus defúnctis... *bis dicitur :*

Ut congruéntem plúviam fidélibus tuis concédere dignéris : Te rogámus audi nos.

*In fine dicitur :* Pater noster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.

Psalmus 146.
(*In Tono in directum, ut supra*, 647).

LAudáte Dóminum quóniam bónus est psálmus : * Déo nóstro sit jucúnda decóraque laudátio.
Aedíficans Jerúsalem Dóminus : * dispersiónes Israélis congregábit.
Qui sánat contrítos córde : * et álligat contritiónes eórum.
Qui número multitúdinem stellárum : * et ómnibus éis nómina vócat.
Mágnus Dóminus nóster, et mágna vírtus éjus : * et sapiéntiae éjus non est número.
Suscípiens mansuétos Dóminus : * humílians autem peccatóres usque ad térram.
Praecínite Dómino in confessióne : * psállite Déo nóstro in cíthara.
Qui óperit caélum núbibus : * et párat térrae plúviam.
Qui prodúcit in móntibus foénum : * et hérbam servitúti hóminum.
Qui dat juméntis éscam ipsórum : * et púllis corvórum invocántibus éum.
Non in fortitúdine équi voluntátem habébit : * nec in tíbiis víri beneplácitum érit éi.
Beneplácitum est Dómino super timéntes éum, * et in éis qui spérant super misericórdia éjus.
Glória Pátri.

℣. Operi Dómine caélum núbibus. ℟. Et pára térrae plúviam.
℣. Ut prodúcat in móntibus foénum. ℟. Et hérbam servitúti hóminum.
℣. Riga móntes de superióribus túis.
℟. Et de frúctu óperum tuórum satiábitur térra.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

DEus, in quo vívimus, movémur et sumus : † plúviam nobis tríbue congruéntem; * ut praeséntibus auxíliis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciáliter appetámus.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus. * contra advérsa ómnia tua semper protectióne muniámur.

DA nobis, quaésumus Dómine, plúviam salutárem : * et áridam terrae fáciem fluéntis caeléstibus dignánter infúnde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.



℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Déo grátias.
℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.
℣. Fidélium ánimae per misericórdiam Déi requiéscant in páce. ℟. Amen.

## Processio ad postulandam serenitatem.

*Omnia fiant, ut supra in Litaniis majoribus*, 643, *et post* ℣. Ut ómnibus fidélibus... *in Litaniarum precibus bis dicatur :*

Ut fidélibus tuis áeris serenitátem concédere dignéris : Te rogámus audi nos.

*Ad finem obsecrationum dicitur :* Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.

Psalmus 66.
(*In Tono in directum*, 647).

DEus misereátur nóstri, et benedícat nóbis : * illúminet vúltum súum super nos, et misereátur nóstri.
Ut cognoscámus in térra *viam* túam : * in ómnibus Géntibus salutáre túum.
Confiteántur tíbi pópuli, Déus : * confiteántur tíbi pópuli ómnes.
Laeténtur et exsúltent Géntes : * quóniam júdicas pópulos in aequitáte, et Géntes in térra dírigis.
Confiteántur tíbi pópuli, Déus, confiteántur tíbi pópuli ómnes : * térra dédit frúctum súum.
Benedícat nos Déus, Déus nóster, benedícat nos Déus : * et métuant éum ómnes fines térrae.
Glória Pátri.

℣. Adduxísti Dómine spíritum túum super térram.
℟. Et prohíbitae sunt plúviae de caélo.
℣. Cum obdúxero núbibus caélum.
℟. Apparébit árcus méus, et recordábor foéderis méi.
℣. Illústra fáciem túam Dómine super sérvos túos.
℟. Et bénedic sperántes in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

DEus, qui culpa offénderis, paeniténtia placáris : † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; * et flagélla tuae iracúndiae, quae pro peccátis nostris merémur, avérte.

AD te nos Dómine clamántes exáudi : † et áeris serenitátem nobis tríbue supplicántibus; * ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, misericórdia tua praeveniénte, cleméntiam sentiámus.

QUaésumus omnípotens Deus cleméntiam tuam : † ut inundántiam coérceas ímbrium; * et hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignéris. Per Dñum.

## Ordo ad recipiendum processionaliter Episcopum.

*Cum Episcopus pervenerit ad locum receptionis, Parochus offert ei crucem osculandam. Deinde Cantores incipiunt et prosequuntur Antiphonam :*

Ant. 1. (*ré-la*)



Sa-cér-dos et Pón-ti-fex * et virtú-tum ó-




*Vel dicatur Responsorium .*









*Finito Responsorio et Episcopo genuflexo ante altare, Parochus stans in cornu Epistolae versus ad Praelatum, dicit :*

℣. Protéctor nóster ádspice Déus. ℟. Et réspice in fáciem Christi túi.
℣. Sálvum fac sérvum túum. ℟. Déus méus sperántem in te.
℣. Mítte éi Dómine auxílium de sáncto. ℟. Et de Sion tuére éum.
℣. Nihil proficiat inimícus in éo.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére éi.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus, qui facis mirabília magna solus, † praeténde super hunc fámulum tuum, et cunctas congregatiónes illi commíssas, spíritum grátiae salutáris : * et ut in veritáte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuae benedictiónis infúnde. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Cum vero novus Episcopus primo ad Ecclesiam suam veniens recipitur, loco Orationis praedictae, dicitur sequens :*

Orémus. *Oratio.*

DEus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum *N.*, quem pastórem Ecclésiae tuae praeésse voluísti, propítius réspice : † da ei, quaésumus, verbo et exémplo, quibus praeest, proficere : * ut ad vitam una cum grege sibi crédito pervéniat sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Deinde Cantores cantant Antiphonam et Versum de Sancto Patrono.*

## Ordo ad visitandas Parochias.

*Episcopus visitaturus parochias Dioecesis suae, recipitur eodem ordine quo supra, hoc solo dempto, quod loco Orationis* Omnípotens. *dicitur sequens Oratio :*

Orémus. *Oratio.*

DEus, humílium visitátor, qui eos patérna dilectióne consolaris : † praeténde societáti nostrae grátiam tuam ; * ut per eos, in quibus hábitas, tuum in nobis sentiámus advéntum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Qua finita, Pontifex ascendit ad altare quod osculatur et populo solenniter benedicit.*

*Post concionem, Parochus dicit* Confíteor, *tunc Episcopus :* Misereátur, Indulgéntiam, *et dat Absolutionem generalem et Indulgentiam.*

*His expletis, Episcopus stans juxta altare, versus ad populum, incipit Antiphonam :* Si iniquitátes. *Postea cum ministris suis dicit Psalmum* De profúndis. 982.

*Finito Psalmo, resumit Antiphonam :*
Si iniquitátes observáveris Dómine : Dómine, quis sustinébit ?
*Deinde :* Kýrie eléison. Chríste eléison. Kýrie eléison.
Páter nóster.

*Et interim cum aqua benedicta tertio aspergit ante se ; et eodem modo incensat. Quo facto pronuntiat Versus :*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.
℣. In memória aetérna érunt jústi.
℟. Ab auditióne mála non timébunt.
℣. A pórta inferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Réquiem aetérnam dóna éis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat éis.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui inter Apostólicos sacerdótes fámulos tuos pontificáli fecísti dignitáte vigére : † praesta, quaésumus ; * ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Deinde proceditur ad coemeterium cantando Responsorium* Qui Lázarum. 1004. *Interim Pontifex dicit cum ministris suis Antiphonam* Si iniquitátes. *et Ps.* De profúndis. 982.

*Cum fuerint in medio coemeterii, cantatur Responsorium* Líbera. 985. *Deinde :* Kýrie eléison, *etc.*

Páter nóster. *etc., ut supra.*

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui inter Apostólicos sacerdótes fámulos tuos sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : † praesta quaésumus ; * ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

DEus, véniae largítor, et humánae salútis amátor : † quaésumus cleméntiam tuam, ut nostrae congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc saéculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte, cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

DEus, cujus miseratióne ánimae fidélium requiéscunt : † fámulis et famulábus tuis ómnibus, hic et ubíque in Christo quiescéntibus, da propítius véniam peccatórum ; * ut a cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine laeténtur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dóna éis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat éis.
*Cantores :* ℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.

*Revertuntur omnes ad ecclesiam dicendo sine cantu Psalmum* Miserére. 982, *cum* Réquiem.

*Cum ad chorum ante altare pervenerit Episcopus, stans dicit :*
Kýrie eléison. Chríste eléison. Kýrie eléison.
Páter nóster. *secreto.*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.
℣. A pórta inferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.



Orémus. *Oratio.*

ABsólve, quaésumus Dómine, ánimas famulórum famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum ; † ut in resurrectiónis glória * inter sanctos et eléctos tuos resuscitáti respirent. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Si aliqui confirmandi erunt, tunc fit prout habetur infra.*

*Peracta demum visitatione illius loci, cum discedere voluerit Pontifex, accedit ad ecclesiam et stans ante altare in cornu Epistolae versus ad illud, dicit Psalmum* De profúndis. *cum* Réquiem aetérnam. *et Antiphonam* Si iniquitátes. 982.

Páter nóster. *etc.*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.
℣. A pórta inferi. *etc., ut supra,* 1406.

*Oratio.* Deus, cujus miseratióne. 1406.

# De Confirmandis.

*Episcopus dicit :* Spíritus Sanctus supervéniat in vos, et virtus Altíssimi custódiat vos a peccátis. ℟. Amen.

℣. Adjutórium nóstrum in nómine Dómini.
℟. Qui fécit caélum et térram.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus, qui regenerâre dignátus es hos fámulos tuos ex aqua et Spíritu Sancto ; † quique dedísti eis remissiónem ómnium peccatórum ; * emítte in eos septifórmem Spíritum tuum Sanctum Paráclitum de caelis. ℟. Amen.

Spíritum sapiéntiae, et intelléctus. ℟. Amen.

Spíritum consílii, et fortitúdinis. ℟. Amen.

Spíritum sciéntiae, et pietátis. ℟. Amen.

ADímple eos Spíritu timóris tui, et consigna eos signo cru✠cis Christi, in vitam propitiátus aetérnam. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

*Omnibus confirmatis, dum Pontifex lavat manus, cantatur :*





lem. ℣. Gló-ri- a Pá-tri, et Fí- li- o, * et Spi-rí-tu- i Sán-



cto. ℟. Sic-ut é-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, * et



in saécu-la sae-cu-ló-rum. Amen. *Repetitur Ant.* Confírma.

*Qua repetita, Pontifex, stans versus ad altare, dicit :*

℣. Osténde nóbis Dómine misericórdiam túam.
℟. Et salutáre túum da nóbis.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum, et per eos, eorúmque successóres, céteris fidélibus tradéndum esse voluísti; † réspice propítius ad humilitátis nostrae famulátum, et praesta; ut eórum corda, quorum frontes sacro chrísmate delinívimus, et signo sanctae Crucis signávimus, * idem Spíritus Sanctus in eis supervéniens, templum glóriae suae dignánter inhabitándo perficiat : qui cum Patre, et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in saécula saeculórum. Amen.

Ecce sic benedicétur omnis homo, qui timet Dóminum.

BEne†dícat vos Dóminus ex Sion, ut videátis bona Jerúsalem ómnibus diébus vitae vestrae, et habeátis vitam aetérnam. ℟. Amen.

## Cantus in Tonsura Clerici.

Ant. 8. (*sol-do*)



Tu es Dó-mi-ne * qui restí- tu- es haere-di-tá-



tem mé- am mí-hi. *Temp. Pasch. non additur* Allelúia.

Psalmus 15.



1. Consérva me Dómi-ne quó-ni- am spe-rá-vi in te : † dí-





xi Dómi-no : Dé- us mé- us és tu, * quóni- am bonó-rum



me- ó-*rum non* é- ges.

2. Sánctis qui sunt in térra éjus, * mirificávit ómnes voluntátes méas *in* éis.
3. Multiplicátae sunt infirmitátes eórum : * póstea acceleravérunt.
4. Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus : * nec mémor éro nóminum eórum per lábia méa.

*Non dicitur* Glória Pátri, *sed repetitur Ant.* Tu es.

Ant. 7. (*sol-ré*)



Hi accí-pi- ent * be-ne-dicti- ó-nem a Dómi- no,
(Hic accí-pi- et)



et mi-se-ri-córdi- am a Dé- o sa- lu- tá- ri sú- o : qui-



a haec est ge-ne-rá- ti- o quaerén-ti- um Dóminum.

Psalmus 23.



1. Dó- mi- ni est térra, et ple-ni-tú- do é- jus : * órbis



terrá-rum, et u-ni-vérsi qui há-bi-tant in é- o.



*Flexa :* múndo córde, †

2. Quia ípse super mária fundávit éum : * et super flúmina praeparávit éum.
3. Quis ascéndet in móntem Dómini? * aut quis stábit in lóco sáncto éjus?
4. Innocens mánibus et múndo córde, † qui non accépit in váno ánimam súam, * nec jurávit in dólo próximo súo.

5. Hic accípiet benedictiónem a **Dómino** : * et misericórdiam a Déo salutári súo.

6. Haec est generátio quaeréntium éum, * quaeréntium fáciem **Déi Jácob**.

7. Attóllite pórtas príncipes véstras, † et elevámini pórtae **aeternáles** : * et introíbit **rex glóriae**.

8. Quis est íste rex glóriae? † Dóminus **fórtis** et **pótens** : * Dóminus **pótens** in praélio.

9. Attóllite pórtas príncipes véstras, † et elevámini pórtae **aeternáles** : * et introíbit **rex glóriae**.

10. Quis est **íste** rex **glóriae**? * Dóminus virtútum ípse **est** rex **glóriae**.

11. Glória **Pátri**, et **Fílio**, * et Spirítui **Sáncto**.

12. Sicut érat in princípio, et **núnc**, et **sémper**, * et in saécula saecul**órum**. Amen.

*Repetitur Ant.* Hi accípient.

## In Ordinatione Presbyteri.









*Tempore Septuagesimae omittitur* Allelúia.

## Oratio in Collatione Sacrorum Ordinum

*quae dicitur cum Oratione Missae diei sub una conclusione.*

### Oratio.

EXáudi, quaésumus Dómine, súpplicum preces, et devóto tibi péctore famulántes, perpétua defensióne custódi : † ut nullis perturbatiónibus impediti, * líberam servitútem tuis semper exhibeámus officiis. Per Dóminum.

### Secreta.

TUis, quaésumus Dómine, operáre mystériis : ut haec tibi múnera dignis méntibus offerámus. Per Dóminum nostrum.

### Postcommunio.

QUos tuis Dómine réficis sacraméntis, contínuis attólle benígnus auxíliis : ut tuae redemptiónis efféctum, et mystériis capiámus et móribus. Qui vivis.

# Cantus in Benedictione SS. Oleorum

## Feria V. in Coena Domini.

*Cum deferuntur a Sacristia ad Chorum Oleum Chrismale et Oleum Catechumenorum, duo Cantores cantant versus sequentes :*



O Red-émptor súme cármen Té-met conci-nénti- um.

*Et chorus idem replicat. Deinde duo Cantores prosequuntur sequentes versus :*



Audi jú-dex mortu- ó- rum, Una spes mor-tá- li-



um, Audi vó-ces pro- fe- rén-tum Dó- num pá- cis praé-



vi- um.

*Chorus :* O Redémptor.



Árbor foéta álma lú- ce Hoc sacrándum pró- tu-



lit, Fert hoc pró-na praé- sens túr-ba Sal-va-tó- ri saé-



cu- li.

*Chorus :* O Redémptor.



Stans ad á-ram imo súpplex Infu-lá-tus Pón-ti- fex Dé-





bi- tum per-sól- vit ómne Con-secrá- to Chrísma- te.

*Chorus :* O Redémptor.



Consecrá-re tu digná- re, Rex per-énnis pá- tri- ae, Hoc



o- lí-vum, sí-gnum ví- vum, Jú- ra contra daémo- num.

*Chorus :* O Redémptor.

*Confecto Chrismate et benedicto Oleo Catechumenorum, dum reportantur ampullae ad Sacristiam, duo praedicti Cantores cantant hos versus :*



Ut no-vé-tur séxus ómnis Uncti- ó-ne Chrí-sma- tis :



Ut sa-né-tur sau-ci- á- ta di-gni-tá- tis gló-ri- a.

*Chorus :* O Redémptor.



Ló-ta ménte sácro fón-te Aufu-gántur crí- mi- na, Un-



cta frónte sa-cro- sáncta Influ- unt cha- rísma- ta.

*Chorus :* O Redémptor.



Córde ná-tus ex Pa-rén-tis Alvum ímplens Vír- gi- nis,



Praé-sta lú- cem, cláu- de mór- tem Chrí-sma- tis con- sór-



ti- bus.

*Chorus :* O Redémptor.



Sit haec dí- es fésta nó- bis, Saecu-ló-rum saé- cu- lis



Sit sa-crá- ta dí-gna láu-de, Nec se-né- scat témpo- re.

*Chorus :* O Redémptor.

# VARII CANTUS

## Ad Benedictionem Ss. Sacramenti.

### ANTE BENEDICTIONEM.

### Tantum ergo.

**1. Cantus modernus. ***

(M.M. ♪ = 120.)



5.

(*sol-do*)

Tántum er- go Sa-cra- mén- tum Ve-ne- ré- mur



cér- nu- i : Et an-tíquum do-cumén- tum Nó-vo



cé-dat rí- tu- i : Praéstet fí-des supple-mén-tum Sénsu-



um de-fé- ctu- i.



2. Ge-ni-tó- ri, Ge-ni- tó-que Laus et ju- bi-lá- ti- o :



Sá-lus, hó-nor, vírtus quo-que Sit et be-ne-dí- cti- o :

* Cantus ex libris Solesmensibus excerpti asterisco distinguuntur.




**2. Tonus alius.** 718.

**3. Tonus alius ex libris Italiae.** 706. †

℣. Pánem de caélo praestitísti éis. (Allelúia).[1]
℟. Omne delectaméntum in se habéntem. (Allelúia).

Orémus.

DEus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquísti : † tríbue quaésumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári ; * ut redemptiónis tuae fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et régnas in saécula saeculórum.
℟. Amen.

## POST BENEDICTIONEM.

### Psalmus 116. *




2. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia éjus : * et véritas Dómini mánet in aetérnum.
3. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sáncto.
4. Sicut érat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

**Alter cantus. ***




[1] *Alleluia* dicitur tantum Tempore Paschali et infra Octavam Corporis Christi.



### Invocatio ad Ss. Cor Jesu. *




### Ad implorandam Dei misericordiam. *




## IN HONOREM SS. SACRAMENTI.

**O salutáris Hóstia. — Uni trinóque Dómino.** 712. †
**Pánis angélicus. — Te trína Déitas.** 708 *vel* 712. †
**Ecce Pánis Angelórum.** 703.

### Rhythmus S. Thomae Aquinatis. *




2. Vísus, táctus, gústus in te fállitur,
Sed auditu sólo tuto créditur :
Crédo quidquid díxit Déi Fílius :
Nil hoc vérbo veritátis vérius.

3. In crúce latébat sóla Déitas,
At hic látet simul et humánitas :
Ambo tamen crédens atque cónfitens,
Péto quod petívit látro paénitens.

4. Plágas, sicut Thómas, non intúeor :
Déum tamen méum te confíteor :
Fac me tíbi semper magis crédere,
In te spem habére, te dilígere.

5. O memoriále mórtis Dómini,
Pánis vívus vítam praéstans hómini,
Praésta méae ménti de te vívere,
Et teílli semper dúlce sápere.

6. Píe pellicáne Jésu Dómine,
Me immúndum múnda túo sánguine,
Cújus úna stílla sálvum fácere
Tótum múndum quit ab ómni scélere.

7. Jésu, quem velátum nunc adspício,
Oro fiat íllud quod tam sítio :
Ut te reveláta cérnens fácie,
Vísu sim beátus túae glóriae. Amen.

## Prosa antiqua usu recepta. *

(M.M. ♪ = 116.)

6. (*fa-la*)

A- ve vé-rum * Córpus ná-tum de Ma-rí- a Vír-gi-
ne : Ve- re pássum, immo-lá-tum in crú-ce pro hó-mi-
ne. Cú-jus lá-tus perfo-rá- tum flú- xit áqua et
sángui-ne : Esto nó-bis praegustá- tum mór-tis
in ex- á- mi-ne. O Jé-su dúl- cis! O Jé-
su pí- e! O Jé- su, fí- li Ma-rí- ae.

**Antiphona.** O quam suávis. 696.

**Antiphona.** O sácrum convívium. 719.



## Responsorium ex Officio Romano. *

(M.M. ♪ = 144.)

6. (*fa-la*)

Hó- mo quí-dam * fé- cit coé- nam mágnam,
et mí- sit sér- vum sú- um hó- ra coénae dí-ce-re in-
vi-tá-tis, ut ve- ní- rent : * Qui- a pa-rá- ta sunt
ó-
mni- a. ℣. Ve-ní- te, comé- di- te pá- nem
mé- um, et bí- bi-te ví- num quod mí- scu- i
vó- bis. * Qui- a. Gló- ri- a Pá- tri, et
Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sán- cto. * Qui- a.

## IN HONOREM B. MARIAE VIRGINIS.

### Litaniae Lauretanae.

**Cantus I. ***

(M.M. ♪ = 144.)

Ký- ri- e e-lé- i-son. *ij.* Chrí- ste e- lé- i-son. *ij.*



Ký- ri- e e- lé- i-son. *ij.* Chrí-ste áu-di nos. *ij.* Chrí-



ste exáudi nos. *ij.*



Pá- ter de caé- lis Dé- us, mi-se-ré-re nó-bis.
Fíli Redémptor mún-di Dé- us, mi-se-ré-re nó-bis.
Spí- ri- tus Sáncte Dé- us, mi-se-ré-re nó-bis.
Sán-cta Trínitas ú- nus Dé- us, mi-se-ré-re nó-bis.



Sáncta Ma- rí- a, ó-ra pro nó-bis.



Sáncta Dé- i Gé- ni- trix,
Sáncta Vír- go vír- gi- num,
Má- ter Chrí- sti,
Máter di- ví- nae grá- ti- ae,
Má- ter pu- rís- si- ma,
Má- ter ca- stís- si- ma,
Máter in- vi- o- lá- ta,
Máter in- te- me- rá- ta,
Má- ter a- má- bi- lis,
Máter ad- mi- rá- bi- lis,
Máter bó- ni con- sí- li- i,
Máter Cre- a- tó- ris,
Máter Sal- va- tó- ris,
Vírgo pru- den- tís- si- ma,
Vírgo ve- ne- rán- da,
Vírgo prae- di- cán- da,
Vír- go pót- ens,
Vír- go clé- mens,
Vír- go fi- dé- lis,
Spécu- lum ju- stí- ti- ae,
Sédes sa- pi- én- ti- ae,
Cáusa nó- strae lae- tí- ti- ae,
Vas spi- ri- tu- á- le,
Vas insí- gne de- vo- ti- ó- nis,

Ró- sa mý-sti-ca,
Túr- ris Da- ví- di- ca,
Túr- ris e- búr-ne-a,
Dó- mus áu- re- a,
Foé- de- ris ár- ca,
Já- nu- a caé- li,
Stélla ma-tu- tí- na,
Sálus in- fir- mó- rum,
Refúgium pec-ca- tó- rum,
Consolátrix af- fli- ctó- rum,
Auxílium Chri- sti- a- nó- rum,
Regína An- ge- ló- rum,
Regína Pa- tri- ar- chá- rum,
Regína A- po- sto- ló- rum,
Re- gí- na Már-ty-rum,
Regína Con-fes- só- rum,
Re- gí- na Vír-gi- num,
Regína San- ctó- rum óm-ni- um,
Regína sine lábe originá- li con- cé- pta,
Regína sacra- tíssi- mi Ro- sá- ri- i,
Re- gí- na pá- cis,





Agnus Dé- i, qui tól-lis peccá-ta múndi, párce



nó-bis Dómi-ne. Agnus Dé- i, qui tól-lis peccá-



ta múndi, exáudi nos Dómi-ne. Agnus Dé- i,



qui tól-lis peccá-ta múndi, mi-se-ré-re nó- bis.

℣. Ora pro nóbis sáncta Déi Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

COncéde nos fámulos tuos, quaésumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : † et gloriósa beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, * a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

*Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini :*

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríae.
℟. Et concépit de Spíritu Sáncto.

Orémus.

DEus, qui de beátae Maríae Vírginis útero Vérbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † praesta supplícibus tuis; ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

*A Nativitate Domini usque ad Purificationem B. M. V. :*

℣. Post pártum, Vírgo, invioláta permansísti.
℟. Déi Génitrix, intercéde pro nóbis.

Orémus.

DEus, qui salútis aetérnae, beátae Maríae virginitáte fecúnda, humáno géneri praémia praestitísti : † tríbue, quaésumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitae suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.
℟. Amen.

*Tempore Paschali :*

℣. Gáude et laetáre, Vírgo María, allelúia.
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúia.

Orémus.

DEus, qui per resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum laetificáre dignátus es : † praesta, quaésumus; ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam * perpétuae capiámus gáudia vitae. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

(M.M. ♪ = 152.) **Tonus alter.** *















Sáncta Déi Gé- ni- trix,
Sáncta Vírgo vír- gi- num,
Má-ter Chrí- sti,
Má-ter divínae grá- ti- ae,
Má-ter pu- rís- si- ma,
Má-ter ca- stís- si- ma,
Má-ter invio- lá- ta,
Má-ter inteme- rá- ta,
Má-ter a- má- bi- lis,
Má-ter admi- rá- bi- lis,
Má-ter bóni con- sí- li- i,
Má-ter Crea- tó- ris,
Má-ter Salva- tó- ris,
Vír-go pruden- tís- si- ma,
Vír-go vene- rán- da,
Vír-go praedi- cán- da,
Vír-go pót- ens,
Vír-go clé- mens,
Vír-go fi- dé- lis,
Spécu- lum ju- stí- ti- ae,
Sé- des sapi- én- ti- ae,
Cáusa nóstrae lae- tí- ti- ae,
Vas spi-ritu- á- le,
Vas ho-no- rá- bi- le,
Vas in- sígne devoti-ó- nis,



Ró- sa mý- sti-ca,
Túr-ris Da- ví- di-ca,
Túr-ris e- búr-ne-a,
Dó- mus áu- re-a,
Foé-de- ris ár- ca,
Já- nu- a caé- li,
Stél-la matu- tí- na,
Sá- lus infir- mó- rum,
Re- fú- gium pecca- tó- rum,
Con-so- látrix affli- ctó- rum,
Au- xí- lium Christia- nó- rum,
Re- gí- na Ange- ló- rum,
Re- gí- na Patriar- chá- rum,
Re- gí- na Prophe- tá- rum,
Re- gí- na Aposto- ló- rum,
Re- gí- na Már-ty-rum,
Re- gí- na Confes- só- rum,
Re- gí- na Vír-gi-num,
Re- gí- na Sanctórum óm- ni-um,
Re- gí- na sine lábe origináli con- cé- pta,
Re- gí- na sacratíssi- mi Ro- sá- ri- i,
Re- gí- na pá- cis,















## Antiphona.

(M.M. ♪ = 152.)
















## Sequentia. *

(M.M. ♪ = 160.)





Quae es ef-fécta fúlgi-da caé-li pórta. O Má-ter ál-



ma Chrí-sti ca-ríssima : Súsci-pe pí- a láudum praecó-ni-



a. Te nunc flá-gi-tant de-vó-ta córda et ó-ra : Nóstra



ut pú-ra pécto-ra sint et córpo-ra. Tú- a per pre-cá-



ta dulcí-so-na : Nó-bis concé-das vé-ni- am per saécu-



la. O be-nígna! O Re-gí-na! O Ma-rí- a!



Quae só-la invi- o-lá- ta perman- sí- sti.

## Responsorium. *

(M.M. ♪ = 160.)

6. (*fa-la*)



Vír- go pá-rens Chrí- sti * be- ne-dícta, Dé- um



ge- nu- í- sti : fúl-gi-da stél-la má-ris, nos pró-te-ge,



nos tu- e- á- ris : * Dum tí-bi sol- é-mnes cán-tant





caé-li ágmi-na



láu- des. ℣. Inter-cé- de pí- a pro nó-



bis, Vír-go Ma- rí- a. * Dum. Gló- ri- a



Pá- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i



Sán- cto. * Dum tí-bi.

## Hymnus antiquus.

(M.M. ♪ = 152.)

2. (*ré-fa*)



O quam glo- rí- fi- ca lú-ce cor- ú-scas, Stír-



pis Da-ví-di-cae ré- gi- a pró-les! Sublímis ré-si-



dens, Vírgo Ma- rí- a, Su-pra cae- lí- ge-nas aéthe-



ris ómnes. 2. Tu cum vir-gí- ne- o má-ter ho- nó-



re, Ange-ló-rum Dómi-no pé-cto- ris áu-lam Sácris vi-




## PRO SUMMO PONTIFICE. *

(M.M. ♪ = 152.)

℣. 1. (*ré-la*)









℣. Fíat mánus túa super vírum déxterae túae.
℟. Et supra fílium hóminis quem confirmásti tíbi.

Orémus.

DEus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum *N.* quem pastórem Ecclésiae tuae praéesse voluísti, propítius réspice : † da ei, quaésumus, verbo et exémplo, quibus praeest proficere; * ut ad vitam una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum.

## TEMPORE ADVENTUS. *

(M.M. ♪ = 132.)

1. (*ré-la*)





2. Peccá- vimus, et fá-cti súmus tamquam immún-dus



nos, et ce-cí-dimus qua-si fó- li- um u-ni-vér- si : et in-



iqui- tá-tes nóstrae quasi véntus abstu-lé- runt nos : abs-



con-dí-sti fá-ci- em tú- am a nó-bis, et al- li-sí-sti



nos in má-nu in-i- qui-tá- tis nóstrae. ℟. Roráte.



3. Ví-de Dómi-ne affli-cti- ó-nem pó-pu- li tú- i,



et mít- te quem missú- rus es : emít-te Agnum domi-na-



tó- rem tér- rae, de pétra de-sérti ad móntem fí- li- ae



Sí- on : ut áu-fe-rat ípse júgum capti- vi-tá- tis nóstrae.
℟. Roráte.



4. Conso-lámi-ni, conso-lámi-ni, pó-pu-le mé- us : ci-to





vé-ni- et sá-lus tú- a : qua-re moeró-re consú- me-ris,



qui- a inno-vá-vit te dó- lor? Salvá- bo te, nó-li ti-



mé- re, é-go e-nim sum Dómi-nus Dé- us tú- us,



Sánctus Is- ra- el, Red-émptor tú- us. ℟. Roráte.

## TEMPORE NATALIS DOMINI. *

(M.M. ♪ = 144.)

6. (*fa-la*)



1. Adé- ste fi-dé- les, laé-ti, tri- umphántes : Ve-ní-



te, ve-ní- te in Béth-le-hem : * Ná-tum vi-dé- te Ré-gem



Ange-ló- rum : Ve-ní-te, ad-o-ré-mus, ve-ní-te, ad-o-ré-



mus, ve-ní-te, ad-o-rémus Dó- mi-num. * Ná-tum.



2. En gré- ge re- lí- cto, húmi-les ad cú-nas Vo-cá-



ti pastó- res appró- pe- rant : * Et nos o-vánti grá-du-

festi-né- mus : Ve-ní-te, ad-o-ré- mus, *etc.* * Et nos.

3. Aetér- ni Pa-rén- tis splendó-rem ae-térnum Ve-lá-

tum sub cár-ne vi- dé- bimus : * Dé- um in-fántem, pánnis

invo-lú- tum : Ve-ní-te, ad-o-ré- mus, *etc.* * Déum infántem.

4. Pro nó- bis e-gé- num et foéno cu-bántem Pí- is

fo-ve- á-mus amplé- xi-bus : * Sic nos amántem quis non

red-amá- ret? Ve-ní-te, ad-o-ré-mus, *etc.* * Sic nos.

## TEMPORE QUADRAGESIMAE. *

(M.M. ♪ = 120.)

5. (*do-sol*)

Atténde Dó-mi-ne, et mi- se-ré- re, qui- a pec-

cá-vimus tí- bi. *Chorus repetit :* Atténde.

1. Ad te Rex súmme, ómni- um red-émptor, ó-cu-



los nóstros suble-vámus flén-tes : ex-áudi, Chrí-ste, suppli-

cántum pré- ces. ℟. Atténde.

2. Déxte-ra Pátris, lá-pis angu- lá- ris, ví- a sa-lú- tis,

já-nu- a caelé- stis, áblu- e nóstri má-cu-las de-lí- cti.

℟. Atténde.

3. Ro-gámus, Dé- us, tú- am ma-je-stá- tem : áu-ri-

bus sá-cris gé-mi- tus exáu- di : crí-mi-na nóstra plá- ci-

dus indúl-ge. ℟. Atténde.

4. Tí- bi fa-témur crí-mi-na admís- sa : contrí- to cór-

de pándimus occúl- ta : tú- a, Red-émptor, pí- e- tas i-

gnó- scat. ℟. Atténde.



5. Inno-cens cáptus, nec re-púgnans dú-ctus, tésti-bus fál-



sis pro ímpi- is damná- tus : quos red-emí-sti, tu consérva,



Chrí- ste. ℟. Atténde.

## Planctus B. Mariae Virginis.

(M.M. ♪ = 116.)



6. (*fa-la*)

1. Stá-bat Má-ter do-lo-ró- sa Juxta crú-cem la-



crimó-sa, Dum pendé-bat Fí- li- us.

2. Cújus ánimam geméntem,
Contristátam et doléntem
Pertransívit gládius.

3. O quam trístis et afflícta
Fúitílla benedícta
Máter unigéniti!

4. Quae maerébat et dolébat,
Pía Máter, dum vidébat
Náti poénas ínclyti.

5. Quis est hómo qui non fléret,
Mátrem Christi si vidéret
In tánto supplício?

6. Quis non pósset contristári,
Christi mátrem contemplári
Imprimé par la Société S. Jean l'Évang., DESCLÉE & Cie. — Tournai (Belg.) — 1044.

Nos 780 C. et 790 C.

DIE 13 MAII.

# S. Roberti Bellarmino

## Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris.

*Duplex.*

*In I. et II. Vesperis. Ant.* O Dóctor... beáte Robérte. *de Communi.*

Oratio.

DEus, qui ad errórum insídias repellêndas et Apostólicae Sedis jura propugnánda, beátum Robértum Pontíficem tuum atque Doctórem mira eruditióne et virtúte decorásti : † ejus méritis et intercessióne concéde : * ut nos in veritátis amóre crescámus et errántium corda ad Ecclésiae tuae rédeant unitátem. Per Dóminum.

Secreta.

HOstias tibi, Dómine, in odórem suavitátis offérimus; et praesta : ut beáti Robérti mónitis et exémplis edócti, per sémitam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus. Per Dóminum.

Postcommunio.

SAcraménta, quae súmpsimus, Dómine Deus noster, in nobis fóveant caritátis ardórem : quo beátus Robértus veheménter accénsus, pro Ecclésia tua se júgiter impendébat. Per Dóminum.

---

DIE 15 NOVEMBRIS.

# S. Alberti Magni

## Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris.

*Duplex.*

*In I. et II. Vesperis. Ant.* O Dóctor... beáte Albérte. *de Communi.*

Oratio.

DEus, qui beátum Albértum Pontíficem tuum atque Doctórem, in humána sapiéntia divínae fídei subjiciénda magnum effecísti : † da nobis, quaésumus, ita ejus magistérii inhærére vestígiis, * ut luce perfécta fruámur in cælis. Per Dóminum.

Secreta.

SAcrifíciis praeséntibus, Dómine, quaésumus, inténde placátus : ut quod Passiónis Fílii tui Dómini nostri mystério gérimus, beáti Albérti intercessióne et exémplo, pio consequámur afféctu. Per eúmdem Dóminum.

Postcommunio.

PER haec sancta quae súmpsimus, ab hóstium nos, Dómine, impugnatióne defénde : et intercedénte beáto Albérto, Confessóre tuo atque Pontífice, perpétua pace respiráre concéde. Per Dóminum.

IMPRIMATUR. — Tornaci, die 25 Maii 1932.
J. LECOUVET, Vic. Gen.

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste, DESCLÉE & Cie, Tournai (Belg.). — 2937

N° 790 C.

DIE 9 AUGUSTI.

## S. Joannis Mariae Vianney Confessoris.

*Duplex.* (m. t. v.)

Oratio.

OMnípotens et miséricors Deus, qui sanctum Joánnem Maríam pastoráli stúdio et jugi oratiónis ac poeniténtiae ardóre mirábilem effecísti : † da, quaésumus; ut, ejus exémplo et intercessióne, ánimas fratrum lucrári Christo, * et cum eis aetérnam glóriam cónsequi valeámus. Per eúmdem Dóminum.

*Secreta et Postcommunio e Missa* Os jústi. 1052.

---

DIE 19 AUGUSTI.

## S. Joannis Eudes Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui beátum Joánnem Confessórem tuum, ad cultum sacrórum Córdium Jesu et Maríae rite promovéndum, mirabíliter inflammásti, et per eum novas in Ecclésia tua famílias congregáre voluísti : † praesta quaésumus; ut cujus pia mérita venerámur, * virtútum quoque instruámur exémplis. Per eúmdem.

*Secreta et Postcommunio e Missa* Os jústi. 1052.

---

DIE 3 OCTOBRIS.

## S. Teresiae a Jesu Infante Virginis. *Duplex.*

Oratio.

DOmine, qui dixísti : Nisi efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum caelórum : † da nobis, quaésumus; ita sanctae Terésiae Vírginis in humilitáte et simplicitáte cordis vestígia sectári, * ut praémia consequámur aetérna : Qui vivis.

Secreta.

SAcrifícium nostrum tibi, Dómine, quaésumus, sanctae Terésiae Vírginis tuae precátio sancta concíliet : ut in cujus honóre solémniter exhibétur, ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum.

Postcommunio.

ILlo nos, Dómine, amóris igne caeléste mystérium inflámmet : quo sancta Terésia Virgo tua se tibi pro homínibus caritátis víctimam devóvit. Per Dóminum.

---

IMPRIMATUR. — Tornaci, die 31 Julii 1928.
V. CANTINEAU, Vic. Gen.

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste, DESCLÉE ET CIE. — Tournai (Belgique). — 2196.

N° 2626.

31 MAI.

# FÊTE DE LA B VIERGE MARIE
## MÉDIATRICE DE TOUTES GRÂCES.

*Double majeur.*

*(En Belgique : Double de II. Classe.)*

### AUX I. VÊPRES.

*Tout comme aux II. Vêpres*, 12, *excepté ce qui suit :*

A Magnif.
Ant. 1. f
(*ré-la*)



Ec- ce Dó- mi-nus mé- us * ó-mni- a mí-



hi trá- di- dit, nec quíd- quam est quod in mé-



a non sit pot-e- stá- te, vel non tra-dí- de- rit mí- hi.



*T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

*Cant.* Magníficat. 1. f. — *Oraison.* Dómine Jesu Christe. 4.

### A LAUDES.

*Antiennes* Benedictiónem. *des Vêpres*, 12. *Psaumes des Fêtes.*
*Capitule.* Omnes sitiéntes. 13.

(M.M. ♪ = 160.)

Hymne
1.
(*ré-la*)



1. Ma-rí- a quae mortá- li- um Pré-ces amánter éxci-



pis, Ro-gámus ecce súppli-ces, Nó-bis ad-ésto pérpe- tim. 2. Ad-




℣. Ora pro nóbis, Mediátrix nóstra potentíssima. *T. P.* Allelúia.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi. *T. P.* Allelúia.



Ad Bened.
Ant. 4. A*
(*la-ré*)




*Oraison.* Dómine Jesu Christe. 4.

A TIERCE.

*Ant.* In aetérnum. 12. *Capitule.* Omnes sitiéntes. *des Vêpres*, 13.

℟. br.
6.
(*fa-la*)




℣. Nóstras deprecatiónes ne despícias. ℟. In necessitátibus nóstris.

**Au Temps Pascal.**

℟. br.
6.
(*fa-la*)




℣. Nóstras deprecatiónes ne despícias, allelúia.
℟. In necessitátibus nóstris, allelúia.

## A LA MESSE.

(M.M. ♪ = 152.)




### Collecte.

DOmine Jesu Christe, noster apud Patrem mediátor, qui beatíssimam Vírginem matrem tuam, matrem quoque nostram et apud te mediatrícem constitúere dignátus es : † concéde propítius; ut quisquis ad te beneficia petitúrus accésserit, * cuncta se per eam impetrásse laetétur : Qui vivis et regnas cum eódem Deo Patre.

*Mémoire de Sainte Angèle de Mérici, Vierge.*

### Oraison.

DEus, qui novum per beátam Angelam sacrárum Vírginum collégium in Ecclésia tua floréscere voluísti : da nobis, ejus intercessióne, angélicis móribus vívere; ut, terrénis ómnibus abdicátis, gáudiis pérfrui mereámur aetérnis. (Per Dóminum.)



*Puis (aux Messes basses seulement en Belgique), mémoire de Sainte Pétronille, Vierge.*

### Oraison.

EXáudi nos, Deus, salutáris noster : ut, sicut de beátae Petronillae Vírginis tuae festivitáte gaudémus; ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dñum.

### Lectio Isaiae Prophetae. *Is. 55, 1-3 et 5.*

OMnes sitiéntes, veníte ad aquas : et qui non habétis argéntum, properáte, émite et comédite : veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus et labórem vestrum non in saturitáte? Audíte audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclináte aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet ánima vestra. Ecce gentem, quam nesciébas, vocábis : et gentes, quae te non cognovérunt, ad te current propter Dóminum, Deum tuum, et Sanctum Israel, qui glorificávit te.

(M.M. ♪ = 152.)






*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ℣., et l'on dit :*









*Au Temps Pascal :*








## ✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

*Joann. 19, 25-27.*

IN illo témpore : Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus María Cléophae, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus matrem et discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri suae : Múlier, ecce fílius tuus. Deínde dicit discípulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua. Credo.




### Secrète.

MAtris tuae ac Mediatrícis nostrae précibus, Dómine, quaésumus, haec hostiárum oblátio nosmetípsos, tua grátia largiénte, tibi perficat munus aetérnum : Qui vivis.

### Pour S. Angèle. Secrète.

HOstia, Dómine, quam tibi beátae Angelae memóriam recoléntes offérimus, et nostrae pravitátis véniam implóret, et grátiae tuae nobis dona conciliet. (Per Dóminum.)

### Pour S. Pétronille. Secrète.

ACcépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum : quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum.

*Préface de la B. V. M.* Et te in festivitáte.

(M.M. ♪ = 160.)




### Postcommunion.

SUbvéniat nobis, Dómine, beátae Maríae Matris tuae ac nostrae Mediatrícis orátio : ut per haec sacrosáncta commércia, tua grátia largiénte, ad redemptiónis aetérnae proficiámus augméntum : Qui vivis et regnas.

### Pour S. Angèle. Postcommunion.

GAelésti alimónia refécti, súpplices te, Dómine, deprecámur : ut beátae Angelae précibus et exémplo, ab omni labe mundáti, et córpore tibi placeámus et mente. (Per Dóminum).

### Pour S. Pétronille. Postcommunion.

SAtiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus, quaésumus, semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum.

### A SEXTE.

*Ant.* Benedícam te. 12.

### Capitule. *Is. 55, 2-3.*

AUdíte audiéntes me, et comédite bonum, et deléctábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclináte aurem vestram, et veníte ad me : audite, et vívet ánima vestra.







℣. A perículis cúnctis líbera nos semper.
℟. Vírgo gloriósa et benedícta

### Au Temps Pascal.












℣. A perículis cúnctis líbera nos semper, allelúia.
℟. Vírgo gloriósa et benedícta, allelúia.

### A NONE.

*Ant.* Recordáre. 13.

### Capitule. *Is. 55, 5.*

ECce gentem, quam nesciébas, vocábis : et gentes, quae te non cognovérunt, ad te current propter Dóminum Deum tuum, et Sanctum Israël, quia glorificávit te.







℣. Eia ergo advocáta nóstra.
℟. Misericórdes óculos túos ad nos convérte.

### Au Temps Pascal.










℣. Eia ergo advocáta nóstra, allelúia.
℟. Misericórdes óculos túos ad nos convérte, allelúia.

## AUX II. VÊPRES.

*Psaumes.* 1. Dixit Dóminus. 7. a. — 2. Laudáte púeri. 1. f. — 3. Laetátus sum. 4. A*. — 4. Nisi Dóminus. 5. A. — 5. Láuda Jerúsalem. 3. a².

1. Ant. 7. a (*sol-ré*)



Be-ne-di-ctí- ó-nem * ómni- um génti- um dé-



dit íl-li Dó-mi-nus, et testaméntum sú- um con-



firmá- vit su-per cá-put é- jus. *T. P.* Al- le- lú- ia.



E u o u a e.

2. Ant. 1. f (*ré-la*)



In ae-térnum * mi- se-ri-cór- di- a é- jus, et



usque in ge-ne-ra-ti- ó- nem et ge- ne- ra-ti- ó-nem.



*T.P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 4. A* (*la-ré*)



Be-ne-dí-cam te * in ví- ta mé- a, et in nómi-ne



tú- o le-vá-bo má-nus mé- as. *T. P.* Al- le- lú- ia.



E u o u a e.



4. Ant. 5. A (*fa-do*)



Non pe-percí- sti * á-nimae tú- ae, pro-pter an-



gústi- as et tri-bu-la- ti- ó- nem gé-ne-ris tú- i.



*T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 3. a 2 (*mi-do*)



Re- cordá- re * Vír- go Má- ter Dé- i, dum sté-



te-ris in conspéctu Dómi- ni, ut lo-quá-ris pro nó-bis



bó-na. *T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

**Capitule.** *Is. 55, 1.*

OMnes sitiéntes, veníte ad aquas; † et qui non habétis argéntum, properáte, émite et comédite; * veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac.

*Hymne.* Ave máris stélla.

℣. Ora pro nóbis, Mediátrix nóstra potentíssima. *T. P.* Allelúia.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi. *T. P.* Allelúia.

A Magnif. Ant. 7. a (*sol-ré*)



Sá- lus nóstra * in má- nu tú- a est :



réspi-ce nos tan- tum, et laéti servi- é- mus Ré- gi Dó-



mi- no. *T. P.* Al- le-lú- ia. E u o u a e.

*Cant.* Magníficat. 7. a. — *Oraison.* Dómine Jesu Christe. 4.



IMPRIMATUR. — Tornaci, die 5 Novembris 1924.
V. CANTINEAU, Vic. Gen.

Tous droits réservés sur la transcription en notation musicale.

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste, DESCLÉE ET CIE. — Tournai (Belgique).
2226.

JEUDI APRÈS L'OCTAVE DU SAINT SACREMENT.

# FÊTE DU CŒUR EUCHARISTIQUE DE JÉSUS.

*Double majeur.*

## AUX I. VÊPRES.

*Comme aux II. Vêpres*, 9, *excepté :*

(M.M. ♪ = 144.)

Hymne
4.
(*mi-la*)






℣. De bóno thesáuro Córdis súi prófert bónum, allelúia.
℟. Implens cibo et laetítia córda nóstra, allelúia.









*Oraison de la Messe*, 4.

A LA MESSE.






### Oraison.

DOmine Jesu Christe, qui divítias amóris tui erga hómines effúndens Eucharístiae Sacraméntum condidísti : † da nobis, quaésumus; ut amantíssimum Cor tuum dilígere, * et tanto Sacraménto digne semper uti valeámus : Qui vivis.

### Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 3, 8-19.*

FRatres : Mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia haec, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, et illumináre omnes, quae sit dispensátio sacraménti abscónditi a saéculis in Deo, qui ómnia creávit; ut innotéscat principátibus et potestátibus caeléstibus per ecclésiam, multifórmis sapiéntia Dei, secúndum praefinitiónem saeculórum, quam fecit in Christo Jesu Dómino nostro : in quo habémus fidúciam, et accéssum in confidéntia per fidem ejus. Propter quod peto ne deficiátis tribulatiónibus meis pro vobis; quae est glória vestra. Hujus rei grátia flecto génua mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in caelis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriae suae, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiórem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris : in caritáte radicáti et fundáti, ut possítis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo, et longitúdo, et sublimitas, et profúndum : scire étiam supereminéntem sciéntiae caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 5. (*fa-do*)









(M.M. ♪ = 160.)

3. (*mi-do*)






*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit :*









*Au Temps Pascal,* Allelúia. ℣. Quid bónum. *ci-dessus ; puis*






✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 22, 15-20.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Desidério desiderávi hoc pascha manducáre vobiscum, ántequam pátiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducábo illud, donec impleátur in regno Dei. Et accépto cálice, grátias egit, et dixit : Accípite et divídite inter vos. Dico enim vobis quod non bibam de generatióne vitis, donec regnum Dei véniat. Et accépto pane, grátias egit, et fregit, et dedit eis, dicens : Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem, postquam coenávit, dicens : Hic est calix novum testaméntum in sánguine meo, qui pro vobis fundétur. Credo.

(M.M. ♪ = 144.)









Secrète.

TUére nos, Dómine, tua tibi holocáusta offeréntes : ad quae ut fervéntius corda nostra praeparéntur, flammis adúre tuae divínae caritátis : Qui vivis.

(M.M. ♪ = 160.)




Postcommunion.

DIvínis donis Cordis tui satiáti : quaésumus, Dómine Jesu, ut in tui sempér amóre permanére et usque in finem créscere mereámur : Qui vivis.

## AUX II. VÊPRES.

*Psaumes comme aux Vêpres de la Fête du T. S. Sacrement.*





*ou* E u o u a e.

2. Ant.
8. G
(*sol-do*)



Ve-ní-te, * co-mé-di-te pá- nem mé- um, et



bí- bi-te ví- num quod mí-scu- i vó- bis. E u o u a e.

3. Ant.
7. c
(*sol-ré*)



Cá-ro mé- a * ve- re est cí- bus, et sánguis



mé- us ve- re est pó-tus. E u o u a e.

4. Ant.
6. F
(*fa-la*)



O quam bó- nus * et su- á- vis est, Dó-mi-ne,



spí- ri-tus tú- us, al-le- lú- ia. E u o u a e.

5. Ant.
3. a
(*mi-do*)



Lae-tá- bor * su- per pó- pu-lo mé- o



cum be-ne é- is fé-ce- ro in tó- to córde mé- o



et in tó- ta á- nima mé- a. E u o u a e.

Capitule. *Ephes. 3. 8-19.*

FRatres : Mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia haec, † in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, * et illumináre omnes, quae sit dispensátio sacraménti abscónditi a saéculis in Deo, qui ómnia creávit.



(M.M. ♪ = 144.)

Hymne
8.
(*sol-do*)



1. In- si-dens nó-stris per-amán- ter á- ris, Chrístus



imménsis ó-pi-bus re-dúndat : Hósque the-sáu- ros



á-vet in red-émptos Fúnde-re gén-tes. 2. O in-exháu-



stum pé-la-gus bo-nó-rum Némi-ni ciáusum, reflu- úmque la-



te! Hinc tí-bi vé- ras, hómo, nec ca-dú-cas Cól-li-ge



gá- zas. 3. Huc vé-ni, quísquis pi- e-tá- te férves Quíque



fervó-rem cú-pis aucti- ó- rem ; Flámme- um Jé- su



tí-bi Cor no-vél-los Inge-ret í-gnes. 4. Huc vé-ni, frí-



gens et í-ners amá-tor ; A-ra te, Chrí-sti la-ti-tántis áu-



la, Có- get impén- sis stú-di- is Amántem Rursus a-



má- re. 5. Huc vé-ni tan-dem ve-ni- ámque súpplex Pósce,




℣. Cáritas Christi úrget nos, allelúia.
℟. Ad redamándum Cor súum allelúia.




*Cant.* Magnificat. 8. G*. — *Oraison comme à la Messe*, 4.

IMPRIMATUR. — Tornaci, die 5 Novembris 1924.
V. CANTINEAU, Vic. Gen.

Tous droits réservés sur la transcription en notation musicale.

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste. DESCLÉE ET CIE. — Tournai (Belgique).
2227.

DIE 11. OCTOBRIS.

# IN FESTO MATERNITATIS B. MARIAE V.

*Duplex II. Classis.*

## IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 5, *praeter sequentia :*




*Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

**Ad Primam.** *Ant.* Beáta es. 5. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. *Lect. br.* In platéis. *de Communi Festorum B. M. V.*

**Ad Tertiam.** *Ant.* Genuísti. 5. *Capitulum.* Qui creávit me. 6. ℟. *br.* Spécie túa. ℣. Adjuvábit éam. *de Communi.*

## AD MISSAM.






Oratio.

DEus, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † praesta supplícibus tuis; ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 24, 23-31.*

EGO quasi vitis fructificávi suavitátem odóris : et flores mei, fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchrae dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctae spei. In me grátia omnis viae et veritátis : in me omnis spes vitae et virtútis. Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, et a generatiónibus meis implémini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et heréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatiónes saeculórum. Qui edunt me, adhuc esúrient : et qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audit me, non confundétur : et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam aetérnam habébunt.

(M.M. ♪ = 152.)









(M.M. ♪ = 160.)




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 2, 43-51.*

IN illo témpore : Cum redírent, remánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus. Existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diéi, et requirébant eum inter cognátos, et notos. Et non inveniéntes, regréssi sunt in Jerúsalem, requiréntes eum. Et factum est, post tríduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos, et interrogántem eos. Stupébant autem omnes, qui eum audiébant, super prudéntia et respónsis ejus. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit mater ejus ad illum : Fili, quid

fecísti nobis sic? ecce pater tuus, et ego doléntes quaerebámus te. Et ait ad illos : Quid est quod me quaerebátis? nesciebátis quia in his, quae Patris mei sunt, opórtet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbum quod locútus est ad eos. Et descéndit cum eis, et venit Názareth : et erat súbditus illis.

Credo.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 3.




Secreta.

TUA, Dómine, propitiatióne, et beátae Maríae semper Vírginis Unigéniti tui Matris intercessióne, ad perpétuam atque præséntem haec oblátio nobis proficiat prosperitátem, et pacem. Per eúmdem Dóminum.

*Praefatio de B. M. V.* Et te in Festivitáte.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 1.






Postcommunio.

HAec nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et, intercedénte beáta Vírgine Dei Genitríce María, caeléstis remédii fáciat esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

**Ad Sextam.** *Ant.* Cum éssem párvula. *ut infra. Capitulum.* Et sic in Síon. ℟. *br.* Adjuvábit éam. ℣. Elégit éam. *de Communi.*

**Ad Nonam.** *Ant.* Vidérunt éam. 6. *Capitulum.* In platéis. ℟. *br.* Elégit éam. ℣. Diffúsa est. *de Communi.*

## IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 8. c. — 2. Laudáte púeri. 6. F. — 3. Laetátus sum. 1. f. — 4. Nisi Dóminus. 7. c 2. — 5. Láuda Jerúsalem. 7. a.

1. Ant. 8. c (*sol-do*)




2. Ant. 6. F (*fa-la*)




3. Ant. 1. f (*ré-la*)




4. Ant. 7. c 2 (*sol-ré*)





no : qui- a per te frú-ctum ví- tae commu- ni-cá-vimus.



E u o u a e.

5. Ant. 7. a (*sol-ré*)



Vi-dé-runt é- am * fí- li- ae Sí- on, et be-



á- tam di- xé- runt, et re-gí- nae lau-da- vé-runt é- am.



E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24, 12-13.*

QUI creávit me, requiévit in tabernáculo meo, † et dixit mihi : | In Jacob inhábita, * et in eléctis meis mitte radíces.

*Hymnus.* Ave máris stélla. 1087.

℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus frúctus véntris túi.

Ad Magnif. Ant. 4. E (*mi-la*)



Ma-térni-tas tú- a * Dé- i Gé-ni-trix



Vír- go, gáu-di- um annun-ti- á- vit u-ni- vér- so múndo :



ex te e-nim órtus est sol ju- stí- ti- ae, Chrístus Dé-



us nó-ster. E u o u a e.

IMPRIMATUR.
Tornaci, die 8 Augusti 1932.
J. LECOUVET, Vic. Gen.

Omnia jura vindicabimus, et in musicam hanc translationem.

DESCLÉE ET SOCII, Tornaci (Belg.).

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste, DESCLÉE & Cie, Tournai (Belgique). — 2069

DOMINICA ULTIMA OCTOBRIS.

# IN FESTO D. N. JESU CHRISTI REGIS.

*Duplex I. Classis.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 12, *praeter :*



℣. Dá-ta est mí- hi ómnis pot-é-stas.



℟. In caé- lo et in tér- ra.

Ad Magnif.
Ant. 1. f
(*ré-la*)



Dá-bit íl- li * Dó- mi-nus Dé- us sé-



dem Dá- vid, pátris é-jus : et regná- bit in dó-mo Já-



cob in ae- tér- num, et régni é- jus non é-rit fí-



nis, al-le- lú- ia. E u o u a e.

*Cant.* Magníficat. 1. f. 199, *vel* 205. — *Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. 4.

*Et fit Commemoratio Dominicae occurrentis.*

**Tonus Hymni ad Completorium.**

(M.M. ♪ = 152.)

1. (*ré-la*)



1. Te lú-cis ante térmi-num, Ré- rum Cre- á-tor,



póscimus, Ut pro tú- a cle-ménti- a, Sis praé-sul et



cu-stó-di- a. 2. Pro-cul re-cé-dant sómni- a, Et nócti- um



phan-tásma-ta : Hostémque nóstrum cómpri- me, Ne



pol- lu- án- tur córpo-ra. 3. Jé-su, tí-bi sit gló-ri- a,



Qui scéptra múndi témpe-ras, Cum Pátre et álmo Spí-



ri- tu, In sempi-tér- na saécu-la. A- men.

*Sic cantantur et terminantur Hymni ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam.*

**AD TERTIAM.**

(M.M. ♪ = 152.)

Hymn.
1. (*ré-la*)



1. Nunc Sáncte nó-bis Spí-ri-tus, U-num Pá- tri





cum Fí- li- o, Digná-re prómptus ínge- ri Nóstro re-



fú- sus pécto-ri.

2. Os, língua, mens, sénsus, vígor,
Confessiónem pérsonent :
Flamméscat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.

3. Jésu, tíbi sit glória,
Qui scéptra múndi témperas,
Cum Pátre et álmo Spíritu,
In sempitérna saécula. Amen.

Ant.
1. f
(*ré-la*)



Dé-dit é- i Dómi- nus * pot-está- tem et ho-nó-



rem et ré-gnum : et ómnes pó-pu-li, trí-bus et línguae



í- psi sérvi- ent. E u o u a e.

*Capitulum.* Fratres : Grátias ágimus. *e Vesperis*, 13.

℟. br.
6.
(*ré-fa*)



Dá-ta est mí- hi * O- mnis pot- é-stas.



Dá-ta est mí- hi. ℣. In caé- lo et in tér- ra. * O-



mnis pot- é-stas. Gló-ri- a Pá- tri, et Fí- li- o,



et Spi-rí-tu- i Sáncto. Dá-ta est.

℣. Afférte Dómino, familiae populórum.
℟. Afférte Dómino glóriam et impérium.

## AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)



Dí-gnus est A- gnus, * qui occí-sus est,



accí- pe-re vir-tú- tem, et di- vi- ni- tá-



tem, et sa- pi- én- ti- am, et for-ti- tú- di-



nem, et ho- nó- rem. Ipsi gló-



ri- a et impé- ri- um in saé- cu-



la saecu- ló- rum. *Ps.* Dé- us ju-dí-ci- um tú- um Ré-



gi da: * et ju- stí-ti- am tú- am Fí- li- o Ré-



gis. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

### Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti: † concéde propítius; ut cunctae famíliae Géntium, peccáti vúlnere disgregátae, * ejus suavíssimo subdántur império: Qui tecum.

*Et fit Commemoratio Dominicæ occurrentis.*



### Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

*Coloss. 1, 12-20.*

FRatres: Grátias ágimus Deo Patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine, qui eripuit nos de potestáte tenebrárum, et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suae, in quo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissiónem peccatórum. Qui est imágo Dei invisíbilis, primogénitus omnis creatúrae; quóniam in ipso cóndita sunt univérsa in caelis et in terra, visibília et invisibília, sive throni, sive dominatiónes, sive principátus, sive potestátes: ómnia per ipsum, et in ipso creáta sunt, et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. Et ipse est caput córporis Ecclésiae, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, ut sit in ómnibus ipse primátum tenens; quia in ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, pacíficans per sánguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt, in Christo Jesu Dómino nostro.

(M.M. ♪ = 152).

Grad. 5. (*fa-do*)



Domi-ná- bi- tur * a má- ri us-



que ad má- re, et a flúmi-



ne usque ad término-nos ór- bis terrá-



rum. ℣. Et ad-o- rá- bunt é-



um



ómnes ré- ges tér- rae:



ó- mnes Gén-






*In Missis votivis post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣., *sequenti dicitur :*





* caé- li.

*Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :* Allelúia, allelúia. ℣. Potéstas éjus. 6 ; *deinde :*

(M.M. ♪ = 160.)






## ✝ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

*Joann. 18, 33-37.*

IN illo témpore : Dixit Pilátus ad Jesum : Tu es Rex Judaeórum? Respóndit Jesus : A temetípso hoc dicis, an álii dixérunt tibi de me? Respóndit Pilátus : Numquid ego Judaéus sum? Gens tua et pontífices tradidérunt te mihi ; quid fecísti? Respóndit Jesus : Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei útique decertárent, ut non tráderer Judaéis : nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit ítaque ei Pilátus ; Ergo Rex es tu? Respóndit Jesus : Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti ; omnis qui est ex veritáte, audit vocem meam. Credo.

(M.M. ♪ = 144.)




### Secreta.

HOstiam tibi, Dómine, humánae reconciliatiónis offérimus : praesta, quaésumus ; ut Quem sacrifíciis praeséntibus immolámus, Ipse cunctis Géntibus unitátis et pacis dona concédat, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum.

*Commemoratio Dominicae.*

### Praefatio.

PER ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro. ℟. Dignum et justum est. Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus : Qui unigénitum Fílium tuum Dóminum nostrum Jesum Christum, Sacerdótem aetérnum et universórum Regem, óleo exsultatiónis unxísti : ut seípsum in ara crucis, hóstiam immacu-

látam et pacíficam ófferens, redemptiónis humánae sacraménta perágeret : et suo subjéctis império ómnibus creatúris, aetérnum et universále regnum, imménsae tuae tráderet Majestáti : regnum veritátis et vitae; regnum sanctitátis et grátiae; regnum justítiae, amóris et pacis. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis, et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes.

(M.M. ♪ = 160.)




Postcommunio.

IMmortalitátis alimóniam consecúti, quaésumus, Dómine : † ut qui sub Christi Regis vexíllis militáre gloriámur, * cum Ipso, in caelésti sede, júgiter regnáre possímus : Qui tecum.

*Et fit Commemoratio Dominicae occurrentis, cujus Evangelium legitur in fine.*

AD SEXTAM.




Capitulum. *Coloss. II, 16-7.*

OMnia per ipsum et in ipso creáta sunt, et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. † Et ipse est caput córporis Ecclésiae, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, * ut sit in ómnibus ipse primátum tenens. ℟. Deo grátias.






℣. Adorábunt éum ómnes réges térrae.
℟. Omnes Géntes sérvient éi.

AD NONAM.




Capitulum. *Coloss. I, 19-20.*

IN ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, † et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, * pacíficans per sánguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt, in Christo Jesu Dómino nostro. ℟. Deo grátias.




℣. Multiplicábitur éjus impérium.
℟. Et pácis non érit finis.

## IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 8. G. 145. — 2. Confitébor. 8. c. 150. — 3. Beátus vir. 7. a. 156. — 4. Laudáte púeri. 3. a. 158. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 175.

1. Ant. 8. G (*sol-do*)



Pa- cí- fi- cus * vo- cá- bi-tur, et thró-nus é-



jus é-rit firmís- simus in perpé-tu- um. E u o u a e.

2. Ant. 8. c (*sol-do*)



Régnum é- jus * régnum sempi-tér-num est,



et ómnes ré- ges sérvi- ent é- i et ob-é-di- ent.



E u o u a e.

3. Ant. 7. a (*sol-ré*)



Ecce vir O-ri- ens * nó-men é- jus : se-dé-



bit et domi-ná-bi-tur, et loqué-tur pá-cem Génti- bus.



E u o u a e.

4. Ant. 3. a (*mi-do*)



Dómi- nus * jú-dex nóster, Dómi- nus lé-gi-





fer nóster; Dómi-nus Rex nóster, ípse salvá-bit nos.



E u o u a e.

5. Ant. 8. G (*sol-do*)



Ecce dé-di te * in lú-cem Gén-ti- um, ut



sis sá-lus mé- a usque ad extré- mum térrae.



E u o u a e.

Capitulum. *Coloss. 1, 12-13.*

FRatres : Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine : † qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, * et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suae. ℟. Deo grátias.

(M.M. ♪ = 144.)

Hymn. 1. (*ré-la*)



Te sae- cu-ló-rum Prín-ci-pem, Te, Chrí-ste,



Ré- gem Gén-ti- um, Te mén-ti- um, Te córdi- um U-



num fa-té- mur ár-bi- trum. 2. Sce- lé- sta túrba



clá- mi-tat : Regná-re Chrí- stum nó- lu-mus : Te nos o-


ván-tes ómni- um Ré-gem supré- mum dí- ci- mus.
3. O Chrí- ste, Prínceps Pá- ci-fer, Méntes re-bél- les
súb-ji- ce : Tu- óque amó- re dé-vi- os, O-víle in ú-
num cóngre- ga. 4. Ad hoc cru- énta ab ár-bo-re,
Péndes a-pér- tis brá-chi- is : Di-rá-que fós-sum cúspi-
de Cor ígne flá- grans éx-hi- bes. 5. Ad hoc in á-
ris áb-de-ris Ví-ni da-písque imá- gi- ne, Fúndens sa-
lú- tem fí- li- is Transverbe-rá- to pé-cto- re.
6. Te na- ti- ó-num Praé- si-des Ho-nó-re tól- lant pú-
bli- co, Có-lant ma-gí-stri, jú-di-ces, Lé-ges et ár- tes




éxpri- mant. 7. Submís- sa ré-gum fúl-ge- ant Tí-
bi di-cáta insí-gni- a : Mi- tí-que scéptro pátri- am Do-
mósque súb- de cí- vi- um. 8. Jé- su, tí-bi sit
gló- ri- a, Qui scéptra mún-di témpe- ras, Cum Pátre et
ál-mo Spí-ri-tu, In sempi-tér- na saé- cu- la.
A- men.
℣. Mul- ti- pli- cá- bi- tur é-jus impé- ri- um.
℟. Et pá- cis non é- rit fí- nis.
Ad Magnif. Ant. 7. a (sol-ré)
Há-bet in ve-stimén-to * et in fémo-re




*Cant.* Magníficat. 7. a. 203, *ou* 209.

**Oratio.**

OMnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti : † concéde propítius; ut cunctae famíliae Géntium, peccáti vúlnere disgregátae, * ejus suavíssimo subdántur império : Qui tecum. ℟. Amen.

*Commemoratio Dominicae.*

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 2 Julii 1926.

V. CANTINEAU, Vic. Gen.

Quoad translationem in recentioris musicae notulas omnia jura vindicabimus.

DESCLÉE ET SOCII, Tornaci (Belg.)

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste, DESCLÉE & CIE. — Tournai (Belgique.) — 2159.

# MESSE POUR LA PROPAGATION DE LA FOI.




**Collecte.**

DEus, qui omnes hómines vis salvos fieri, et ad agnitiónem veritátis veníre : † mitte, quaésumus, operários in messem tuam, et da eis cum omni fidúcia loqui verbum tuum ; * ut sermo tuus currat et clarificétur, et omnes gentes cognóscant te solum Deum verum, et quem misísti Jesum Christum Fílium tuum, Dóminum nostrum : Qui tecum vivit et regnat.

### Lectio libri Sapientiae. *Eccl. 36, 1-10 et 17-19.*

Miserére nostri, Deus ómnium, et réspice nos, et osténde nobis lucem miseratiónum tuárum : et immítte timórem tuum super gentes, quae non exquisiérunt te, ut cognóscant quia non est Deus nisi tu, et enárrent magnália tua. Alleva manum tuam super gentes aliénas, ut vídeant poténtiam tuam. Sicut enim in conspéctu eórum sanctificátus es in nobis, sic in conspéctu nostro magnificáberis in eis, ut cognóscant te, sicut et nos cognóvimus, quóniam non est Deus praeter te, Dómine. Innova signa, et immúta mirabília. Glorífica manum, et bráchium dextrum. Excita furórem, et effúnde iram. Tolle adversárium, et afflíge inimícum. Festína tempus, et meménto finis, et enárrent mirabília tua. Da testimónium his, qui ab initio creatúrae tuae sunt, et súscita praedicatiónes, quas locúti sunt in nómine tuo prophétae prióres. Da mercédem sustinéntibus te, ut prophétae tui fidéles inveniántur : et exáudi oratiónes servórum tuórum, secúndum benedictiónem Aaron de pópulo tuo, et dírige nos in viam justítiae, et sciant omnes, qui hábitant terram, quia tu es Deus conspéctor saeculórum.

(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 5. (*fa-do*)

Con-fi- te- án- tur tí- bi * pó- pu- li,

Dé- us : confi- te- án- tur tí-

bi pó- pu- li ó-mnes :

tér-ra dé- dit frú- ctum

sú- um. ℣. Be-ne- dí- cat nos

Dé- us,

Dé- us nó- ster,



be- ne- dí- cat nos Dé- us : et

mé-tu- ant é- um ómnes fí-nes * tér- rae

(M.M. ♪ = 160.)

7. (*sol-ré*)

Al-le- lú- ia. * *ij.*

℣. Ju- bi- lá-

te Dé- o ómnis tér- ra : ser-ví- te

Dó-mi-no in lae-tí- ti- a : intro- í- te

in con-spé- ctu é- jus, * in exsul-

ta- ti- ó- ne.

*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ℣. et l'on dit :*

(M.M. ♪ = 160.)

Trait. 8. (*sol-do*)









*Au Temps Pascal :* Allelúia, allelúia. ℣. Jubiláte, *ci-dessus*, 3 ; *puis :*

(M.M. ♪ = 160.)

8. (*sol-do*)




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.

*Matth. 9, 35-38.*

IN illo témpore : Circuíbat Jesus omnes civitátes, et castélla, docens in synagógis eórum, et praédicans Evangélium regni. et curans omnem languórem, et omnem infirmitátem. Videns autem turbas, misértus est eis : quia erant vexáti, et jacéntes sicut oves non habéntes pastórem. Tunc dicit discípulis suis : Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 5. (*fa-do*)




**Secrète.**

PRotéctor noster áspice Deus, et réspice in fáciem Christi tui, qui dedit redemptiónem semetípsum pro ómnibus : et fac ; ut ab ortu solis usque ad occásum magnificétur nomen tuum in géntibus, ac in omni loco sacrificétur et offerátur nómini tuo oblátio munda. Per eúmdem Dóminum.



(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 5. (*fa-do*)




**Postcommunion.**

REdemptiónis nostrae múnere vegetáti : quaésumus, Domine ; ut hoc perpétuae salútis auxílio, fides semper vera proficiat. Per Dóminum.

IMPRIMATUR.
Tornaci, 21 Aprilis 1928.
V. CANTINEAU, Vic. Gen.

Tous droits réservés sur la transcription en notation musicale.

DESCLÉE ET CIE, Tournai, (Belg.)

Imprimé par la Société S. Jean l'Évang., DESCLÉE & Cie. — Tournai (Belg.) — 2449.

# OFFICES PROPRES
## à tous les Diocèses de France.

3 JANVIER.

### S. Geneviève, Vierge. *Double.*

**Oraison.**

EFfúnde super nos, Dómine, spíritum agnitiónis et dilectiónis tuae, quo beátam ancíllam tuam Genovéfam implevísti : † ut sédula ejus imitatióne tibi sincére obsequéntes, * fide et ópere placeámus. Per Dóminum.

**Secrète.**

INterveniénte pro nobis beáta Vírgine Genovéfa, cleméntiam tuam depóscimus, omnípotens aetérne Deus : ut salútem animárum nostrárum páriter et córporum haec hóstia sacrosáncta efficáciter operétur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

CAelésti pane refécti humíliter deprecámur cleméntiam tuam, Dómine Jesu Christe : ut per preces et mérita beátae Genovéfae Vírginis tuae, véniam delictórum, sospitátem córporum, gratiámque et glóriam aetérnam consequámur animárum : Qui vivis.

30 MAI.

### S. JEANNE D'ARC, VIERGE.

*Double de II. Classe.*

*La solennité de cette Fête est fixée au II. Dimanche de Mai.*

*Office et Messe comme au Paroissien. On fait mémoire du Dimanche. A la Messe :* Credo. *A la fin on lit l'Evangile du Dimanche.*

3 JUIN.

### S. Clotilde Reine, Veuve. *Double.*

AUX I. VÊPRES.

Ant. 1. f (*ré-la*)



Tu ho-no- ri- fi-cénti- a * pó- pu- li nó-stri, qui-







℣. Timébunt réges térrae glóriam túam, Dómine. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et pópulus qui creábitur laudábit Dóminum (*T. P.* Allelúia.)

AUX II. VÊPRES.













℣. Anima méa Dómino vívet. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et sémen méum sérviet ípsi. (*T. P.* Allelúia.)

Oraison.

RESpice, quaésumus Dómine, ad Francórum benígnus gentem : † et quibus per devótam sanctae Clotíldis instántiam donum fídei contulísti ; * per ejus intercessiónem, tríbue sincérum christiánae pietátis afféctum. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Cognóvi.

---

19 JUILLET.

## S. Vincent de Paul, Confesseur. *Double maj.*

*Comme au Paroissien.*

---

9 AOÛT.

## B. Jean-Marie Vianney, Confesseur. *Double maj.*

AUX I. VÊPRES.












℣. Amávit éum Dóminus et ornávit éum. ℟. Stólam glóriae índuit éum.

AUX II. VÊPRES.







℣. Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas.
℟. Et osténditílli régnum Déi.

Oraison.

OMnípotens et misércors Deus, qui beátum Joánnem Maríam pastoráli stúdio et jugi oratiónis ac paeniténtiae ardóre mirábilem effecísti : † da quaésumus ; ut ejus exémplo et intercessióne, * ánimas fratrum lucrári Christo, et cum eis aetérnam glóriam cónsequi valeámus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Secrète.

SUper hanc illibátam hóstiam, omnípotens sempitérne Deus, descéndat invisíbilis plenitúdo Spíritus sancti ; et praesta, ut intercedénte beáto Joánne María, casto córpore et mundo corde ad tantum semper mystérium accedámus. Per Dóminum nostrum.

Postcommunion.

ANgelórum dape refécti, te Dómine, deprecámur ; ut sicut in fortitúdine hujus panis beátus Joánnes María advérsa ómnia invícta constántia tolerávit ; ita, nos, ejus méritis et imitatióne de virtúte in virtútem eúntes ad te felíciter perducámur. Per Dóminum.

---

13 AOÛT.

## S. Radegonde Reine, Veuve. *Double.*

Oraison.

DEus, cujus ope beáta Radegúndis aulae delícias vitae monásticae austeritáte commutávit : † da nobis, ejus collucéntibus exémplis et suffragántibus méritis, * terréna non sápere, sed amáre caeléstia. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Cognóvi.

---

25 AOÛT.

## S. Louis, Roi de France, Conf. *Double maj.*

*Comme au Paroissien.*

1 OCTOBRE.

## S. Rémi, Evêque et Confesseur. *Double maj.*

Oraison.

DA, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti Remígii Confessóris tui atque Pontifícis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Státuit.

---

5 NOVEMBRE.

## Fête des Saintes Reliques. *Double maj.*

**Aux I. Vêpres.** *Ant.* Istórum est enim. *du Commun de Plusieurs Martyrs hors le Temps Pascal.*

℣. Laetámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini ómnes récti córde.

**Aux II. Vêpres.** *Ant.* Gáudent in caélis. *du même Commun.*

℣. Exsultábunt sáncti in glória. ℟. Laetabúntur in cubílibus súis.

Oraison.

AUge in nobis, Dómine, resurrectiónis fidem, qui in Sanctórum tuórum relíquiis mirabília operáris : † et fac nos immortális glóriae partícipes, * cujus in eórum cinéribus pignora venerámur. Per Dóminum.

Secrète.

IMplorámus, Dómine, cleméntiam tuam : ut Sanctórum tuórum, quorum relíquias venerámur, suffragántibus méritis, hóstia, quam offérimus, nostrórum sit expiátio delictórum. Per Dóminum nostrum.

Postcommunion.

MUltíplica super nos, quaésumus Dómine, per haec sancta, quae súmpsimus, misericórdiam tuam; ut sicut in tuórum solemnitáte sanctórum, quorum relíquias cólimus, pia devotióne laetámur; ita eórum perpétua societáte, te largiénte, fruámur. Per Dóminum.

---

6 NOVEMBRE.

## DÉDICACE DE TOUTES LES ÉGLISES CONSACRÉES DE FRANCE en dehors des Cathédrales.

*Double de I. Classe avec Octave.*

*Office et Messe comme au Commun de la Dédicace d'une église.*

---

11 NOVEMBRE.

## S. Martin, Evêque et Conf. *Double maj.*

*Comme au Paroissien.*

IMPRIMATUR. — Tornaci, die 31 Augusti 1935.
J. LECOUVET, Vic. Gen.

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste, DESCLÉE & Cie, Tournai (Belgique). — 2119